jus p. i. Sp. prædict. part. 4. extrahe Tincturam digerendo per mensem. Deinde filtra ad usum. *Noxios humores expellit per insensibilem transpirationem, Venerem stimulat, uterum roborat, ejus motus inordinatos sistit, & in utreque sexu vim seminis ad generationem operatur. Dos. gr. 2. ad 4.*

Colcothar Vitrioli. Nihil aliud est quàm ⊖ ad rubedinem calcinatum. Vel, ⊙m post ℘ationem ⊙i ⊖li relictum. V. *Chalcanth. rubefactum.*

* *Cons. Aurantiorum.* ℞ Flaved. cortic. Aurant. recentis. minutis. incis. ℔ ß. contund. opt. cum sacch. alb. ℔.i. in mortar. marmor. ut f. Cons. s. a. *Usus in Colica, torminibus ventris, &c.*

* *Cons. Hepatica Corallitana.* ℞ Fruct. cynosbati matur. à sem. & capillamentis exactè liberat. q. v. custodiantur simul in loco clauso per ♁ vi. deinde adjectâ V Rubelli q. s. coq ad mollitiem, & per setac. trajic. Pulpæ adde sacch. opt. ā. & ad unamquamque libram Vros. rub. ℥ i. ß. coq. in MB. ad mivæ consist. *Confert ad urinam cruentam, calculum, &c. Diuretica habetur. Potenter hepar refrigerat, & scorbutica est.*

Conſ. Nicotianæ. ℞ Fol. Nicot. rec. ℔ ij. ſtyrac. cal. ℥.ij. cinam ℥ i ſacch. ℥.vi. mann. opt. ℔ i.ß. contund. & inſolentur ♂ 48. *Mira præſtat in Aſthmate & Catarrho ſuffocativo. Doſ.* ℥.ß. *quartâ quaque horâ.*

Corpus ſine Anima. ℞ Rad. irid. Florent. ʒ.i ß. moſch. gr iij ſacch. ℥.vi. m. f. ♋. *Uſus in tartaro pulmonum, Tuſſi, Aſthmate,* &c. *oris fœtorem tollit.*

Corvus Epilepticus. ℞ Corvum majorem deplumatum & eviſceratum, abjectis pedibus & roſtro, immitte in ventrem cor, jecur, pulmones, veſicam fellis, cum galang & Sem aniſ ā. ℥.iv. coq. in vaſe terreo novo benè occluſo & lutato cum pane domeſtico in clibano. Poſt frigefactionem à lateribus ſeparetur, & 2da vel 3tia vice fiat, cavendo tamen ne aduratur: dein f ♋ ſ. a. *Doſ.* ʒ i. *quotidie in morbo comitiali. Inſigne Remedium.*

* *Cremor Hordei.* ℞ Hord. perlat. mundat. ℥ iv. coq. (primâ ▽â abjectâ) in ▽Font. q. s. ad mollitiem. contunde opt. Hord. cum amygd. d. decort. n° 20. addendo ▽ hord. ℔ ij ß. f. expreſſ. fort. ſ. a. adde ſacch. opt.

℥ ij. 🜄 Rof. Dam. ℥ i.ß. ut f. cremor. *Diureticum est & Nutritivum, sitim in febribus extinguit.*

Crocus Jovis. Fiat āāā ex ♃ ℥.ß. & ☿ij. ℥ i.ß.à quo (evaporato ☿io) relinquitur crocus Jovis. *Sudorificum est magnum. Dos. à gr.* iv, *ad* x : *In Lue* ♀ *Podagra, Peste, Utero strangulato,* &c. *mirè valet. Usus externus ad ulcera inveterata, cancros, fistulas,* &c.

Crocus Veneris, fit reverberando 🜍lum ♀ is f. a. *Diureticus est, colicus, uterinus, Febrifugus. Dos.* ℈.ß.

Crystallum Lunæ. V. *Vitriol Lunæ.*

* *Crystallum Minerale.* Solve ⊖ prunellæ in 🜄 filtra & crystallisa f. a. Si addas Sacchari ā. ante crystallisandum, vocatur *Saccharatum. Putredini resistit, sitim ac æstum in febribus compescit, tartaream saburram incidit, coagulatum sanguinem resolvit, dolores mitigat,* &c.

D.

* *Decoctum Album.* c. c. c. 🜋at. ℥.ij. 🜄 Font. ℔ 4. coq. ad dimid. f. colat. citò per lineum rarum cum levi expressione. Liquori lactescenti adde

Syr. de ſucco Aurant. ℥ iij. vel q. s. m. *Ad ſitim extinguendam in febribus*, &c. *uſus eſt egregii.*

* *Decoct Amarum.* ℞ Summit. Centaur. min Fl. chamæm. Fol. agrimon. ā m. ß Sem. cardui ben. citri, ā. ʒ i ß. Fl calend. p. ij Rad. gentian. ʒ ij Fol. Sennæ, ʒ vi. Rhab. ʒ i. V. alb. 🜄 Font. ā ℔. i. coq. ad dimid. f. colat. *Pro* 3. *vel* 4. *doſibus.*

* *Decoct. Amarum alterans*, fit omittendo purgantia.

* *Decoct. Ambroſianum.* ℞ Sem milii panici contuſ. ℥. viij. 🜄 Font. ℔. vi. coq. ad 3tiæ pa t conſumpt addendo ſub finem V. alb. ℥. xij. poſt refrigerationem, f. colat. trajiciendo ſæpe per manic. Hipp. ad limpitudinem. Dicitur & *Syr. Ambroſianus. Detur inter ſudandum ſæpe* ℔. ß. *pro vice tepidè. Diaphoreticum eſt nobile. Utatur in Hydrope, Arthritide vaga, Podagra, Febre maligna*, &c.

Decoct. Analepticum. ℞ Cancros fluviat. contuſ. n° vij. coq. in Vin. alb. & aq. f. ā. ℥ xij. ad med. colat. adde ſacch. cand. q. s. *Dentur coch.* iij. *ſæpius in die, in febribus hecticis.*

Decoct. Antimoniale. ℞ Lign. lentiſcin.

cin. Visc. quercin. ā ʒ.vi. Fol. beton. m.i. ras. sassafr. ℥ i ♁ crud. crass ♋ at. in petia ligat. ℥.ij. coq. in 🜄 Font q. s. ad ℔.ij f. colat *Dos.* ℥.vi. *manè calidè ad sanguinem mundificandum*, &c. *Ad Catarrhos, Scabiem, omnesque impuritates confert. Liberat corpus ab omnibus humoribus noxiis.*

Decoct. antiphthisicum. ℞ Cancros fluviat. n° xij. Rad. Enul. ℥ ij. ireos Florent. consolid major. ā. ℥ i. glyc. ℥ ß. Fol. alchimil. heder. ter. millefol. plantag. min. veronic. pulmonar. macul. semperviv. maj. an. m ij. cons. ros. r. ℥.vi. coq. in 🜄 Font. q. s. ad ℔ vi. colat. clarif. cum album. ovor. adde Sp. 🜂 q. s.

* *Decoct. Astacorum.* ℞ Astac. fluv. n° 20. Rad. aristoloch. rot. ℥ ß. symphyt. maj. ℥ i. Fol. sanicul. alchimil. bugul. agrim. heder. ter. beton. ā m.i. coq. in 🜄 Font. ℔.vi. V. alb ℔.ij. ad consumpt 3tiæ part. adde Syr. Limon. & Sp. 🜂 q s. m. *Pro Vulneribus pectoris*, &c. *Dos.* ℥.vi. *bis in die* 4. *horis ante pastum : & plagulis isto intinctis tege bis in die. Mirum in deploratis.*

* *Decoctum Digitalis.* ℞ Fol. rec. Digitalis ℥.4. vel m.ij. uv. Corinth.

mudat. ℥.ij. contus. adde cerevis. non lupulat. ℔ ij. coq. ad dimid. f. express. fortis. *Pro vomitorio in Epilepsia*, &c.

Decoct. Diureticum Augenii. ℞ Rad. apii, petroselin. ā. m.i. rubiæ tinctor. ℥.ß spicæ, adianth. cuscut. agrim. cicer. rub. ā. m ß. Rad. Asari ℥ i. calam. arom. ℥.ß. sem. anis. apii, petroselin. fœnugræc. dauci, carui, ā. ʒ.ij. melon. cucumer. ā. ʒ iij. coq. in 🜄 Font. ℔ vi. ad consumpt. ℔ ij. f. colat. adde sacch. q. s. *datur in urinæ difficultate*, *Dos.* ℥.vi. *pro vice.*

Decoct. Dysentericum. ℞ Trium panum corticem inferiorem. coq. in aq. font. ℔ vi. ad ℔.i. in qua infunde per duas horas caryoph. contus. ʒ.ij. colat. adde vin. claret. ℔.i. sacch. albis. q. s.

* *Decoct. Ictericum.* ℞ sterc. anser. ras. ebor. ā. ℥.i. chelidon. cum toto, ling. cervin. Fl. hyperic. ā. m.ij. croc. ʒ ß. V. alb. 🜄 Font. ā. ℔.ij. coq. ad dimid. f. colat. adde sacch. alb. q. s. & clarifica cum album. ovor. *D.* ℥.v. *bis in die, præmissis præmittendis.*

* *Decoct. Limacum.* ℞ Limac. hort. è testis suis exempt. mundat, n° xij. Neogalact. vaccæ rubræ ℔.ij. coq. ad

dimid. colat. adde ▽Rof. ℥ i. facch. cand. ℥ ß. m. f. hauſtus, *omni manè ſumendus per totum menſem Maii.*

* *Decoct. ad Morſum Canis rabidi.* ℞ Fol. rutæ ℥.vi. Rad. allii, Theriac. Lond. ā. ℥.4 Limat. ♃ ℥ 4. cereviſ. illupulat. veter. ℔.iv. coq. ad conſumpt. dimid. & macera. *Sumat Æger morſus de colatura coch.* vi. *bis in die per* ♁ ix. *contin. & applic. magma loco affecto.*

* *Decoct. Pacificum.* ℞ ⊖ ☿ri cum ⊕ fact. ℥.viij. Fl. pap.rhœd.rec Bacc. junip. Rad. Helleb. nig. ā. ℥.viij. ▽æ Bened. ſimp. ℔.viij. coq. l. △. (vaſc. opt. clauſo.) per ⧖ 24. poſt refrigerationem f. colat. per manic. Hipp. *Dentur coch.* 3. *hora ſomni, & coch.*5. *manè quotidie cum Leucano ſaccharato.*

* *Decoctio Polychreſta* ℞ Rad. polypod. qu. ℥ iij.cichor. ℥ ij. rhab Monach. ℥ vi. Fol. ſenæ ℥.ij. ſem. fœnic. d. glyc. ā. ℥ i, uv. paſſ. exacin. ℥.4. coq. & infund. ſ. a, in ▽Font. per hor. 4 colat ℔.ii.ß. adde ſucc. cochlear. marin. depurat. ℥ viij. Sacch. rub. mann. ā, ℥ iij clarif. cum album.ovor. *D.* ℥.4. *ad* 8. *ſing. auroris, ad ſanguinem purgandum*, &c.

Decoct. Præservatorium. ℞ V. Malvat. ℔ iij. rutæ m.i. zz. macropiper. incis ā ʒ ij. nuc. m.ʒ.i. coq. ad consumpt. 3tiæ part. f. colat. adde Theriac Androm. ʒ ij. Mithridat. ʒ i. ∇æ Angelic. fort ℥ 4. m. *Dos. coch. 1. ad præserv. à Peste & coch. 3. pro vice in cura.*

Decoct. ad Rachitidem. ℞ Rad. polypod qu. apii, fœnic. ā ℥.i. glyc. anis. ā ℥.ß. Fol. linguæ cerv. capil.ven. cuscut. beton. chelidon. tamarisc. ā. m.i. uvar Corinthiac. cærul. ℥.iv. coq. in Hydrocrith. ℔.iv. ad dimid. f. colat. *Dentur coch. 2. 3. vel 4. pro vice, bis vel ter in die: interim purgando semel in septimana cum Syr. de Cichor. cum Rhab.*

Decoct Rubiæ Tinctorum. ℞ Rad. Rubiæ tinctor. ℥.ij. anis.glyc.ā.℥ ß.coq. in hydropeg. ℔.iv. ad dimid. f. colat. Dos. ℥ iv. bis in die per ♂ 20. *In faciei Rubore, Pustulis,* &c. *curandis præstantis. remedium.*

Decoct. Rubicundum. ℞ C. c. c ℥ i. coccinell. integr. ʒ.ß. coq. in ▽Font. q. s. ad ℔ i ß colat adde Aq cinnam. hord. ℥.i. ß sacch. albis. q. s. *Detur haustus frequenter in Variolis, Morbillis,* &c.

* *Decoct. Reguli*, fit coquendo Regul. vel Pocul. ℥ij. ℔.ß. (plus minùs) in V. alb. ℔ i.ß. ad consumpt. 3tiæ partis. *Pro vomitorio*,

* *Decoct. Rhabarbari.* ℞ Rhab. ℥ii. uv. corinth. contus. ℥.4. Rad. acetos. ℥ iij Sem. fœnic. d. ʒ i. coq. in 🜄 Font. ℔.iij. ad ℔.ij. colat. adde sacch. alb. ℥.i. claris. s. a. *Dos.* ℥ 4. *ter in die in Rheumatismo*, &c.

* *Decoct. Scorbuticum.* ℞ conos abietis n° 4. incide unumquemque in part 4 adde Fol tritici virescent, ℥.ij. liquor. posset cum vino albo fact. ℔. iij coq. ad ℔ ij. colat. frigidæ adde Sp. cochlear. ℥.ß. Syr. de aurant. de pomis alter. ā. ℥.i.ß. m. *D.* ℥.4. *bis vel ter indies.*

* *Decoct. ad Sitim.* ℞ Fol. acetos. m. ij. coq. in 🜄 Font. q. s. ad ℔ s. colat. adde succum 12. limonum, V. Rhen. ℔ ij. sacch. alb. ℥.iv. vel q s. ut f gratissimum *Bibatur ad libitum. Empiricus quidam hujus gratiâ mirè celebris evasit.*

Decoct. ad Strumas. ℞ Geran. Robertiani, becabung ā. m. iij urticæ mort. m vi glyc. anis. ā ℥.i uv. pass. ℥.iv. senæ ℥ iij. cartham ℥.ij agaric.

ʒ vi. Hydropeg. ℔.viij infund.& coq. ad ℔ iv vel *D.*℥ iij.4 *ter in die, & præterea bibat (omissis purgantibus) pro potu com. interim adhibendo locis affectis unguent. Digitalis*

Decoct. Traumaticum. ℞ Summit. hyperic. veronic utriusque vincæ pervincæ, agrimon. ā m.ij Rad. chinæ, symphyt. santal. alb. lign nephritic. ā. ℥.i dactyl. incis. n° xxx glyc. ℥.i.ß. Infund per hor. xij. in Aq. Calcis q s. colat. ℔ iv. adde Syr. de Pilosell. è succo Elatin. ā. ℥.ij servetur loco frigido. *Dos.* ℥.*iv. horis medi..is.*

* *Decoct. ad Tussim.* ℞ Fol. cynoglos. m 4 hyssop. cap. ven tussilag ā. m.i. anis. glyc ā. ʒ vi coq in ▽ hord. ℔ vi. ad ℔ 4. colat adde sacch. cand q s *Dos.* ℥ *. ter vel 4ter in die.*

* *Decoct Ulmi* ℞ cort. interior ulmi rec ℥ 4 coq in Aq. font ℔.iij. ad dimid. colaturæ rubicundæ (instar. V. Rubelli) adde Syr de Rubo Idæo, & de moris ā. ℥ i ß m. f gargaris. elegantiss. *Optimè valet in linguæ asperitate, aphthis, omnibus oris calidis affectibus & ulceribus cujuscunque generis. Pro potu communi cum pauco leucœni liberavit ab Elephantiasi, & Lepra Græ-*

corum. Graveolentissimos movet sudores.

* *Dentifricium Dominarum.* ℞ Cryſtall. præp ʒ.i ß. ♋ris laterum, Lap. pumic. ā. ℥. ß. oſſ. ſepiæ, corall. utriuſque ā. ʒ.ij. margarit. caryophyll. ā. ʒ.i. moſch. gr. 4. m. f. ♋ ſubt. cui adde Rhodomel. q. s. ut f. paſta mollis.

Aliter. ℞ ♋ris laterum ℥.i. Sp. 🜍ris q ſ. ut fiat paſta: cui exiccatæ adde ♋ris ♀ri ʒ vi. panis cremat. ℥. ß. m. *Pro dentibus fricandis, colluendo os cum vino.*

* *Dentrificium Infantum.* ℞ Butyr. rec. ℥.i. Anaphromelit. ʒ.vi. corall. rub. præp. ℥ ß. f. mixtura ſ. a. *Quâ fricentur gingivæ bis vel ter in die, ad Dentitionem facilitandam.*

* *Dentifricium Scorbuticum.* ℞ ⊖is cochlear. macis, ā. ʒ i. Salv. ℈. iv. *O* nis uſt ʒ ij. ⊖ decrep. ℈. ij. f. ♋ ſubt. cui adde Rhodomel. q. s. f. mixtura: *Pro dentibus fricandis ante uſum Lotionis ſeq.*

* *Dentilavium Scorbuticum.* ℞ Rad. biſtort. Sem. cochlear. ā. ʒ ij. *O* ʒ.i. maſtich. ʒ.iij. coq. in Aq font. q ſ. ad ℔.i. colat. adde Rhodomel, ℥.ij. m. f. lotio.

* *Diachylon Odoratum.* ℞ Emp. Dia-

chyl. ſimp. ℔.iij. ♋ris Rad. irid. Florent. ℥.iij. ⊙ ſtil. Rhod. ʒ.ß. moſch. gr. iij. m. ſ. a.

Diacreta ℞ Cretæ albiſ. ∇â Viol. quater lotæ, ℥ i. glyc. Sem cydon. ocul.cancr. ā.℥.ß. nuc.m.Lap.carpion. ā. ʒ.ij. margarit. coral r. à ʒ.ß. croci, macis parùm torrif. ā. ℈.ß. m. f. ♋, ſubtiliſ. *In Ardore ſtomachi mirè valet, dolorem ſiſtit, & cauſam hujus mali tollit. Doſ.* ʒ.i.

* *Diapalma Odorata.* ℞ Emp. Diapalm. (cum Ung. Oleoque Roſato, loco Axungiæ & ol. olivar. fact.) liquat ℔.iij. ⊙ ſtil Rhodii ʒ.ij. m ſ.a.

Diatartarum. ℞ Reſ Scammon. ♀ ⊖lat. ā. ℥.i. turpet. hermodact. ā. ℥ ß ⊙ cinnam. & caryoph. ā.gr.xij. m. f. ♋ *Doſ.* ℈ *i. ad* ℈*.iv*

* *Diateſſaron Potabile.* ℞ Sp.V Gallici ℥ iv. Succ limon. ℥.ij. Syr. Viol. ℥.v. Hydropeg. ℥.xij. m. f. Julap.gratum, *ante paroxyſmos febriles bibendum.*

* *Diatrachia* ℞ Arter.aſper. (Wind-pipes) ovium mundat. & in clibano ſiccat. ℥.iv. Arter. aſper. Capon ſimiliter præp. ℥ iij. raſ. ebor. priap. Tauri, cervi, & Hippopotami ā. ℥ ij,

Dent. Hippopot. ℥.i.ß. m. f. 🜭 ſubt. adde Rhodoſacch. ℥.viij. m. D. ʒ i. *ter in die cum Syr. de Symphyto. Ad urinæ incontinentiam maximè valet.*

E.

* *Elæoſaccharum Cardiacum.* ℞ ◎ chym. nuc. m. ʒ. iij. ◎ cinnam. ʒ.i. ſacch. opt. ℥.xviij. m. fiat. 🜭 ſ. a. *Ad edulcoranda Julapia*, &c.

* *Elæoſacch. Carminativum*, f ex ◎ chym. chamæm. gt. xxiv. ſacch. albiſ. ℥ xij. m.

* *Elæoſacch. Fœniculi*, f. ex ◎ ſtil. Sem. fœnic. d. gt. 40. Sacch. albiſ. ℥ xij. m.

* *Elæoſacch. Nuciſtæ*, f. ex ◎ ſt. nuc. m. ʒ.i. ſacch. albiſ. ℥.xij. m. *Detur* ʒ.i. *ſæpe urgente ventris inflatione.*

* *Elæoſacch. Saßafras*, f. ex ◎ ſt. Saſſafr. ʒ.ij. ſacch. albiſ ℥.vi. m.

* *Electuarium Album.* ℞ ceruſ ♄ij. iv. ſacch. albiſ. ℥ xij. m. f. 🜭: cui adde Syr. de Radic. Eryngii ℥ iv. vel q. s. ut f. Elect. albiſſimum. *Doſ.* ʒ.ij. *vel* iij. *bis in die, augendo quantitatem quotidie gradatim ad* ʒ vi *pro vice. Sanguinem purificat. Datur in Cachexia,*

Hydrope, Ictero, Scorbuto, Lue ♀, &c.

* *Elect. Asthmaticum.* ℞ Flo. ♆ ℥.iij. cinnam. ʒ.i. zz. ℈.iv. croc. ʒ.ij. mosch. gr.vi. mell. despumat. ℥.vi. vel q. s. m. f. Elect. *D.* ʒ.iij. *bis in die.*

* *Elect. Caryophyllatum* ℞ Cons. caryoph. hort. ℥.iv. Cons. ros. r. ℥.vi. Syr. de cort. citri ℥.ij. contus. opt. trajic. per setac. & adde Arom. Rosat. ʒ iij. caryoph. Indic. incis. ʒ.iij. Ambr. gris. ℈.ß. m. f. Elect. *Usus est egregii in Anorexia, ventriculi dolore*, &c. *Dos.* ʒ i. *ad* ij. &c.

* *Elect. Castitatis.* ℞ Sem. vitic. hyoscyam ā. ʒ i. camph. ʒ.ij glyc. ℈.iv. m. f. ♋. adde Cons. Fl. nymph. ℥ iij. Syr. de Nymph. q. s. f. Elect. *D.* ʒ.ij. *vel* iij. *bis in die, superbibendo Serum chalybeat. & inungendo interim Renes, ac testes oleo Sem. Hyosc. express.*

Elect. Chalybeatum. ℞ ♂ præp ℥.i. ♂ mundat. ℥ ß. Pulp. passular. minor. ℥ xij. ol. cinnam. vel caryoph. gt 40. m. s. a. *Datur utiliter in Chlorosi, Hydrope*, &c.

* *Elect. Diarrhodi.* ℞ Spec. Diarrhod. Abbat. ℈.iv. Mivæ Berber. ℥.iij. sacchar. alb. in ▽ Fragor. solut. ℥ iij.

m. f. Elect. *Dos.* ʒ iij. *bis in die, superbibendo haustum seri de sedo.*

Elect. Ducis Sabaudiæ. ℞ Sarsaparil. ℥.iij. Sem. ebuli ℥.vi. Sem. hyperic. Fol. chamædr. chamæpit. ā. ℥.iij. Rad. angelic. ʒ iij. aristol. rot. ʒ vi. cinnam. ʒ ii.ß. caryoph. ℈ iv. croci ℈ ij. m. f. pulv. subt. & cum mell. despumat triplo f. Elect. *D.* ʒ iij. *Per annum totum, quotidie, ad Arthritidem curandam optimum remedium.*

* *Elect. Epilepticum.* ℞ Sterc. albis. Pavon. siccat. Rad. pœon. mar. ā ℥ ij. Rad. Valerian. ℥ i. sem. pœon. excort. ℥.iij. carui ℥ ß. m. f. pulv. : cui adde Mel. Anthosat. q. s. m. *Dos.* ʒ ij. &c.

* *Elect. Juniperinum.* ℞ Bacc. junip. succulent. contus. ℔ i. infund. in 🜄 Font. ℔ ij. per 🜍 3. f. colat, adde sacch opt. ℔.i. coq. ad Syr. crassior. consistentiam. Tum adde Elect. è Sassafr. ℥.iv. calam. arom. pulv. ʒ.i ß. macis ʒ.i. croc. ℈.ij. m. f. a. *Diureticum, Stomachicum,* &c.

* *Elect. Lithontripticum.* ℞ Tereb. Ven. ℥.ij. vitell. ovor. nº 2. exactis. mixtis adde pulv. sem. bardan. milii ☉is ā. ℥ i Alkekeng. ʒ.iij. lap. Judaïc. ʒ.vi. Syr. de Alth. q. s. m. *Dos.*

ʒ.ij. *bis in die (præmissis præmittendis superbibendo Aq. Senel. comp.* ℥.iv. *cum Syr. de Alth.* ℥.i.

Elect. Macis. ℞ Macis in Oxyrrhodino per 24. hor. infus. & exiccat.℥.i. Sem. citri, cardui, lign. vitæ, ā. ʒ.i.ß. fiat omnium 🜖 subtilis. cui adde Spec. Liberant ʒ i. cort. citri condit. ℥.i. Theriac. Androm. ʒ iij. Cons. Borag. & Lujul. ā. ℥.ij. Syr. Lujul. q.s. f. Elect. *Usus est in Peste, ac morbis malignis.*

Elect. Oxydorcicum. ℞ Succ. Rutæ & chelidon. depurat. ā. ℥.4. mell. opt. ℔.i. coq. despumando ad debit. consist. deinde adde pulv. summit. euphrag. (nigris surculis) ℥ ij. sem fœnic. d. ʒ vi. cinnam. cubeb. caryoph. macis, macropiper. ā. ʒ i. m. f. Elect. s. a. *Ad visum acuendum insigne est Remedium. Dos.* ʒ iij. *bis in die.*

* *Elect. Paralyticum.* ℞ Sem. sinap. siccat. & pul. ℥ v. sem nasturt. ℥.ij. Syr. de succo salviæ ℔ i. vel q. s. f. Elect. *D.* ℥ ß. *quotidie per menses aliquot. Optimum remediutt.*

* *Elect. Pectorale.* ℞ Pulp. uv. passar. exacin. Pulp. cons. ros. r. Syr. Capill. ven. ā. ℥ 4. sacchar. cand.

pulv. ℥.iij. Spec. Diatrag. frig. ℥.ß. Sp. 🜂 gt. 25 m. f. Elect.

* *Elect. Piperinum.* ℞ Piper. l. minutiſ. inciſ. ℥.i.ß pulv. fol rutæ ℥ ß. ♉ ʒ.v. Ther. Januenſ ℥ xij. m. *In colica, ventriculi dolore, &c. (post varia incaſſum uſurpata) ad miraculum hoc præſtitit.*

Elect. Vermifugum ℞ Fol. helleboraſtri ♋ at. ℥ ij. Anaphromel. ℥ vi. m. ſ. a. *Ad lumbricos necandos & educendos certiſſimum eſt remedium. Doſ. à* ℈ iv *ad* ʒ ij.

Elixir Camphoratum, f ſolvendo camph ℥ ß. in Pyrœni croco tincti ℥ vi. ſ. a. *Utiliſſimum est in peſte, tum præſervando, tum curando, item, in paſſione hyſterica Doſ.* ℈.i

* *Elixir Propriet. Dulce* fit ex myrrh. aloës, croc ā. ℥ i. Alcoh. v. ℥ viij. *maceratis filtratiſque ſ a. Uſus est proficui in morbis malignis, hypochondriacis, uterinis; ſtomachi cruditate, & indè appetitu imminuto. Extrinſecùs ulceribus ſordidis mundificandis inſervit.*

Elix. Prop. Peſtilentiale, f ex myrrh. aloës, croc. ā. ℥.ß Sp. c. c. ℥.ij unitis cum Alcoh. v. ℥.iv. digeſtis & filtratis ſ. a.

Elix. Prop. Tartarisatum, f. ex myrrh. aloës, croc. ā. ℥ i. Tinctur. ⊖is ♀ri ℥.xij digerendo, filtrando-que s. a.

Elix. Salutis. ℞ Fol. Senæ ℥.iv. Lign. sanct Rad. Enul sicc. sem.aniss carui, coriand glyc. ā. ℥.ij. uv. pass exacin. ℥.viij ▽ Vitæ ℔.vi. macer. in frig. per ♁ 4 dein. f. colat. per manic. Hipp. Sunt qui addunt Sal ♀ri, Rhab. Scammon &c. *Dos. c.* 1, 2. *h. somni &* 3. 4 *manè.*

Elix. Vitæ ℞ Nuc. m. macis, cin-nam. opt. ā. ℥.i. caryoph. ℥ ß Flaved cort aurant & citri, ā. ʒ iij. croc opt ℥.ij. Pyrœni ℔.iij. Digere ac filtra s. a.

Elix. Vitrioli. ℞ Cinnam. zz. ca-ryoph. ā ʒ.iii. calam. arom. ℥ i. ga-lang ℥.i ß. Fol. salv. menth. crisp. ā ℥ ß. cubeb. nuc. m. ā. ʒ ij. xyloal cort, citri, ā. ʒ i. f. ⌶ adde sacch cand. alb. ℥.iij. Sp. V ℔. i ß. ◎ ⊖li ℔.i. extrahe Tincturam digerendo per ♁ 20. s. a. deinde filtra ad usum. *Sto-machum ac intestina maximè confortat & appetitum excitat. Ab Epilepsia & A-poplexia præservat. Cerebrum purgat Caput, totúmque corpus multis phleg-*

maticis catarrhis repletum exiccat, illudque à dolore mirè tuetur. Dos. ℈.ß. *ad* ℈.i.

* *Elleborus albus præp.* fit affundendo Rad. ♋at. ▽am Spṫu ⊕li imprægnatam dissolutionis coralliorum: macerando per ⧖ 24. & exiccando. Repet. opus ter. *Dos. à.* ℈ ß. *ad* ʒ.ß.

* *Emplast. Adhæsivum.* ℞ Diachyl. simp. Diapalm. ā. ℔.i pic. Burgund. & Sarcocoll. ā. ℥ iv. tereb. ʒ vi. vel q. s m. f. a. *Pro Fontanellis apertis servandis, & tutandis ab inflammatione.*

* *Empl. Burgundicum.* ℞ Pic Burgund. ℔.i. ♋ caryoph. ʒ.x. ⊙ stil. piper. ʒ.iij. m. f. a. *In Cephalalgia, Ophthalmia, Catarrhis, Vaporibus,* &c. *humeris & nuchæ applicatum usus est insignis.*

Empl. Camphoratum. ℞ Camphor. ℥.i ß. Bals de Tolu, ℥.i. galb. colat. ℥.vi. m. *Usus est in uteri suffocatione, vertigine,* &c. *umbilico adhibitum vires & habet Emp. Diagalb.*

Emp. Catarrhale. ℞ Taccamah. caran. ā. ℥.i ß. Emp. de Beton ℥ iij ♋ succin. ℥.i. caryoph ℥ ß. cort. sassafr. & Winter. ā. ʒ ij Bals. Peruv. q. s. m. f. ∅. *Pro capite raso.*

* *Empl. Diagalbani.* ℞ Galb. ✚ præp. ℥.xij. ceræ ℥.viij. tereb. ℥ v. m. ſ. a *Tophos, nodos, ſcrophulas, ac tumores duros, digerit, emollit, reſolvit, eorumque dolores ſedat. Verrucas & clavos pedum tollit. Nervos ac uterum roborat.*

Empl. Diaſulphuris Rulandi. ℞ Balſ. 🜍 ℥.iij. ceræ ℥ ß. colophon ʒ iij liquatis adde myrrh. opt ♋ at. ℥.iij ß. coq. ſ a. *Curat omnis gener s ulcera, & vulnera quæcunque infallibiliter.*

Empl. Epiſpaſticum. ℞ Pic Burgund. ℥.xviij. ol. olivar ℥ ß. liquatis adde cantharid. ſubt. pul. ℥.iv. ſem. Ammeos pul. ʒ ij. f. maſſa admodùm adhæſiva.

* *Empl. Febrifugum.* ℞ ♋ gummi Lentiſc. ʒ vi. aloës. ʒ.ij. /B ʒ iij. Euphorb. ſtaphiſagr. Bacc lauri. fœnugræc hyali Venet. ā. ʒ ij. fuligin. ex ligno contract. ⊖is nigr. ā. ʒ i.ß tereb. ℥.iij. vel q. s. m. f. Empl. ⊘ ſ. a. *Carpis adhibitum horis 3 vel 4. ante acceſſionem paroxyſmi, ſæpe curat Tertianas, aliquando etiam Quartanas.*

Empl. Hæmorrhoidale. ℞ Litharg. }æ ℔.i. Axung. ℥.i. vel q. s. contund opt. ut f. ⊘ convenienter dura, pr

Empl. Fieri etiam poteſt *Suppoſitoria* ex eadem Maſſ. ſ. a.

* *Empl. Laterale.* ℞ Fl. 🜍 ℥.v. Rad. irid. Flor. ℥ ij. caryoph. ℥.ß. cumin. ℥.i.ß. ☊atis adde Picis naval. & Burgund. ā. ℥.iv. tereb. ℥.iij ⊙ ſt. carui, Rhodii, ā. ℈.iv. m. ſ. a. *In doloribus pleuriticis multùm facit, præmiſsâ phlebotomiâ.*

* *Empl. Mammillare.* ℞ Sperm. ceti ℥.i. ceræ alb. ℥.ij. galb. ✠ præp. ʒ.ß. ol. Samb. q. s. *In omnibus mammarum tumoribus, imò ſcrophuloſis, lacte concreto, œdemate, &c. nil huic æquale.*

* *Empl. Nuchale.* ℞ Gum. Elem. tereb. ā. ℥.ß. olib. maſtich. gum. tragac. ā. ʒ iij. ℞ ℥.i.ß. ſem pſyll myrti, balauſt. ā. ʒ i. Euphorb. ℈.i. ſuccin. ʒ ij. Pic. Burg. ℥.viij. carann ʒ.x. ⊙ caryoph. Balſ. Peruan. ā. gt. vi m. f. Maſſ. ſ.a. *Ad Odontalgiam tollendam pone aures applica. Ad defluxiones in oculos, Ophthalmiam, &c. nuchæ adhibe.*

* *Empl. Opiatum* ℞ Diachyl. magn. ℥.iv. ☿ viv. ℥.ij. opii. ℥.i. m. ſ. a. *Ad dolores arthriticos & venereos mitigandos eximiè conducit.*

* *Empl. Paralyticum.* ℞ ♋ Lum-

bricor. ℥.iv. calam. arom. ℥.i.ß. galang. ʒvi. mellis q s. f Empl *pro membris affectis, nulli secundum.*

Empl. Podagricum. ℞ Opii, Sapon. Ven. ā. ℥.ß. Emp. Diachalcit. ℥.ij. m. f. a.

Empl. Saturn ium ℞ ♄ni alb ℥.iv. cretæ alb. ℥ ß. myrrh. ʒ ij. aaa (x p.ij. ☿, & p.j. ♄ni) ʒ.vi. Axung. veter. q s. ad formand. Empl. in mort. calido duræ consistentiæ. *Ulcera callosa & maligna, imò pessima unâ solâ admotione curat, abluendo ea primò (si sordida sint) aqua solutionis Lap. Salutis, mox Empl. in alutam sat spissè extensum admoveatur ulceri, & (si opus sit) Emplastro Diachalciteos contineatur, superinducta fascia lanea satis stricta, neque removeatur ante 15. dies.*

* *Empl Scorbuticum* ℞ Fl Hyperic. Fol. Pilosell. Veronic. mar. cochlear marin. ā m ij. absinth.com m. j. coq in ⊙ Ros ℥ vi ad herb. putrilag. expressioni adde sevi cervin. ceræ, Rhodomel ā ℥.i.ß. Fl Tritici ℥.i. m. f a. *Confert ulceribus & tuberculis Scorbuticis*

* *Empl. Smecticum* ℞ ♄ni rub. ℔.i. ß. ⊙ ℔.ij. sapon. alb. ℥.iv. ceræ ℥ ij.

coq. s. a. *Detergit ac resolvit. Dolores dorsi & juncturarum compescit contusiones dissipat. Dolores sublevat podagricos. Abortum præcavet feliciter dorso & umbilico adhibitum, & continuò gestatum.*

* *Empl. Soleare.* ℞ Sevi ovill. ℥.iv. pic. naval. resin. ā ℥ viij. thuris ℥. xij. ♋ croc. ʒ.ß. caryoph. mac. ā. ʒ.vi. cumin. ℥.i ß. labdan. ʒ.vi m. s.a.

* *Empl. Spasmicum.* ℞ Picis naval. ℥ iv. castor. Ol. costin ā. ℥.i.m.f.Mass. *Titulus vires indicat.*

* *Empl. ad strumas.* ℞ Emp. è cicuta cum ammon. ℥.iv gum. elem. ℥.ß. ☿ corrosiv. ʒ.x.m. *Scrophulis & strumis medetur.*

* *Empl. Synanchicum.* ℞ Alb. canis ♋ at. ℥.vi. mellis crud. ℥.viij Fl. tritic. ℥.ii.ß ceræ ℥ iv. ⊙ Ros. ℥ vi vel q. s. ut fi. empl. s. a. *Adhibetur jugulo & colli partibus post aures ubi dolor.*

Empl. Tibiale ℞. ♀ ℥.ij solve in 🜄 ℥ ij. adde Axung. porcin. ℥.4. coq. in Vase fictili, continuò agitando rudiculâ ferri, ad consist. Empl. mollioris, & exhalationem humiditatis Tum adde ceræ fl. ℥ i. ♋is mastich. & oliban. ā ʒ iij. m. f. Mass. s. a. *Ad nodos, &c. in Lue ♀.*

* *Empl. Vermifugum.* ℞ 🜍 aloës ℥ i. colocynth. myrrh. ā. ʒ iij. Fol. ſabin. rutæ, abſinth. tanacet. jugland. Rad. bryon. ā ʒ ij. ceræ, reſin. ā. ℥. iv. ☉ Rutac. ℥. ij. m. f. Maſſ. ſ. a. *Pro umbilico. Vermes enecat ac educit.*

* *Emulſio de Avellanis.* ℞ Nucl. Avellan. n° 40. ſem. cannab. pepon. & melon. ā. ℥. i. portulac. ʒ. vi. amygd. d. decort. n° viij. contuſ. adde ▽ lact. ſimp. ℔ ii ß. ▽Roſ. rub. ℥. iv. ſacch. cand. ℥. ij. f expreſſio. *Doſ.* ℔. ß. *bis in die cum priapi cervi* ʒ. i. *ad Ardorem urinæ, Gonorrhœam*, &c.

Emulſio Cathartica ℞ Sem. Cartham. ℥. i. mann. opt. ℥ iij. Amygd. d. decort. ℥. ij ▽æ Hordei, vel Ebſham. ℔. ij. f. Emulſio ſ. a.

* *Emulſio Expulſiva* ℞ Sem. citri decort. ℥ ß. contuſ. adde ▽arum Citri, Cardui, Ulmar. Scordii comp. ā. ℥. iij. ſacch. alb. ℥. i. f. Emulſ. ſ. a. *Dentur coch. 3. ſecunda quaque hora ad malignitatem variolarum, &c. expellendam.*

* *Emulſio Cretacea.* ℞ Cret. alb. 🜍at. ℥. iij. ▽ Hord. ℔. iij coq ad ℔ ij adde frigefactis ſem 4 frig. major. ā. ʒ. ij. amygd. d. n° viij carui ℈. ß.

f. Emulsio, adde cret. subt. ♃at ʒ iij. Sacch. Perlat ℥.i. vel Diacod. ℥.i.ß. *Pro re natâ.*

* *Emulsio Dactylorum.* ℞ Dactyl. (ossibus exemptis) n° 15. coq. in cerev. illupulat. ℔.ii ß. contund. Dactyl. cum amygdal. d. n° 24. f. expressio cum cerev. dictâ: adde sacch cand. & nuc. m. q. s. *Dos.* ℔.ß. *ter in die per dies 40. vel 50. in Abortu, Infirmitatibus dorsi, Gonorhœa, Tabe, Tussi, Macilentia,* &c.

* *Emulsio Pœoniata.* ℞ Sem. pæon. decort. ℥.i. contus. adde ▽arum Rutæ, Ceras. n. Pæon. comp. ā. ℥.vi. f emuls. adde sacch. perlat. ℥.i.ß. *Dentur coch.* 3. *manè, & hora somni, præmisso Electuar. conveniente. In Epilepsia, Vertigine, Hemicrania,* &c.

* *Enema Alexiterium.* ℞ Fol. scordii misem. citri ʒ iij. Fl. sambuc. chamæm. ros. rub. centaur. min. ā. p.i. coq. in ▽ Font. q. s. colat. ℥ x. adde succ. cherm. ℥.i. sacch. opt. ℥ ß. m. *Ad extrahendum venenum,* &c. *ab intestinis,* &c.

* *Enema Colicum.* ℞ Decoct. com. (cum Bacc. junip. & fœnugr ā. ʒ iij. præp.) ℥.x. Infus. croc. metallor. ⊙

Anethin. ã ℥.ij. Sapon. Castil. Elect. Lenit. ã. ℥.i. ⊙ stil. Bac. juniper ʒ.ß. m. s. a. *In Colica, Iliaca, Calculo, &c. insigne.*

Enema Balsamicum. ℞ Decoct. fort. Equiseti. ℥.vi. ⊙ Hyper. ʒ.vi. Balf. Lucat. ℥ i. Peruan. ʒ.iij. m. *Ad Dysenteriam, excoriationes intestinorum sanandas, &c. maximè proficuum.*

* *Enema Dysentericum.* ℞ Caput ovis mactati cum lana confract. (demptis lingua & cerebro) coq. in ▽ q. s. ad ℔.vi. f. colat pro enematis. Addi potest Fl. chamæm. malv. alth. *&c.* vel fieri potest ex Butyr. insulf. ℥.x. sang. dracon. ʒ.ij. vin. rub. ℥.ij. Vel, ex Neogalact. ℥.xij. opii ℈.i. croc. ʒ.ß. coctis, addendo facch. alb. ℥.i ß vitell. ovor. n° 2. *Easdem vires obtinet cum priori.*

Enema Hystericum. ℞. Decoct. com. ℥.x. camph. ʒ i. ⊙ Rutac. ℥.ß. mell. Mercurial. ℥.iij. m. f. Enema.

Enema Oleosum. ℞ ⊙ Lini ℥.iij ⊙ Chamæm. Aneth. ã. ℥ ij. Scorpion. Rutac. ã. ℥.i. ⊙ Tereb. ℈.i m. *In Colica, Calculo, &c. egregium.*

Enema Terebinthinatum. ℞ Decoct. com. ℥.xij. Tereb. Ven. ℥ ß. vitell. ovi

unius. Syr. Viol. ℥.i.ß. Diaphœnic. ℥.i. m. f. Enema ſ. a. *In dolore calculi valde proficuum.*

Enema Vinoſum. ℞ V. Hiſpan. ℥.xij. ⊙ Aniſ. ʒ.ß. ſacch. rub. ℥.iij. m. f. Enema, *ad Tormina.*

Enema Urinoſum. ℞ Sem. rutæ, dauc. cumin. ā. ʒ.ij. Senæ, ℥ i. ▣æ ℔ i ß. coq. ad dimid. colat. adde Spec Hier. ſimp. ʒ.ij. ſacch. rub. ℥ iij. f. *Enema Hydragogum, valet in Hydrope.*

* *Ens Veneris* ℞ ⊖li ♂tis opt. reverberat. & loti p.1. ✳ p ij. ♎ a ſ. a. cum tribus cohobiis. *Anodynum eſt & pacificum Uſus eſt eximii in Rachitide, & vermibus infantum necandis. Proficuum in Pleuritide, ac uteri ſuffocatione. Obſtructiones aperit,* &c. *D. gr.* iv. *ad* xii.

* *Epicarpia Febrifuga.* ℞ Helleb alb. pulv.. ℥ß. ⦶ ℥.ij. Pulp. ficuum q. s. ut f. Maſſ. Cataplaſmatis inſtar. *Carpis adhibend. horis* 2. *ante parox. Tertianæ.*

Eſſentia Abſinthii. ℞ Sp. ardentis Herbæ fermentatæ ℥.xij. ⊙ ſtil. ʒ.ij. extracti ſpiſſi. & ⊖is ſoluti, ā. ℥ ß. Digere ſ. a. ad uniendum: dein filtra. Eodem modo parari poteſt *Eſſentia Cardui, Pulegii, Hyſſopi,* &c.

* *Eßentia Martis.* ℞ ♂ ℥.iv. Affunde guttatim in vitro capaci Sp. ⊕i ℥ iij. Sp. ⊖li rectif. ℥.ij. spatulâ ter vel sæpius versando. Tũ diluatur Maſſ. (antè nimiùm compacta ſit) Phlegm. ⊖li ℥.x & efficietur Tinctura rubicunda, vel summè flava, quæ filtretur ad usum. *Potenter aperit obstructiones cujuscunque generis. Menses movet, & curat cachexiam, chlorosin, Hydropem,* &c. *Dos. gut* 5. *ad* 15.

* *Extractum Absinthii.* Fit ex summitat ſiccis in Sp. V. digeſtis, ut Eliciatur Tinctura, quæ filtrata ad conſiſt. extracti evaporetur, addendo ſing. unciis extracti, ⊖is Abſinth. ʒ ß. Eodem modo fiant. *Extr. Cardui, Centaur. Gentian.* &c. Vel, fieri poteſt ex ſuccis depuratis, evaporando in MB ſ. a.

* *Extract. Alhandal.* ℞ Pulp. colocynth à ſemin. opt. liberat. & pulv. ℥.4. glyc. aniſ. ã. ℥.ß. ∇æ filtrat. ℔.4. Diger. ♁ 20 f. expreſ & exhal. ad debit. conſiſt. ſ. a. *Humores aquoſos elucit ad miraculum. Dos. à gr.* 5. *ad* 15. *& ultra.*

* *Extract. Antiscorb.* v. *Aq. Antiscorb.*

* *Extract. Chalybis.* ℞ Succ. oxalid.

lid. depurat. ℔ iv. Tamarind. ℥ i. coq. parùm, & clarifica. In iſto macer. tepidè ♂ ℥.v. per ♁ 4. ſæpe agitando, f. colat. quæ in MB inſpiſſetur ad debit. conſiſt. Vocatur & *Magiſt. Martis*. Aliter paratur cum ſucco pomor. vice Oxalidis & tamarindorum. *Doſ. à.* ʒ.ß. *ad* ʒ i.

* *Extract. Diateſſaron.* ℞ Spec. Diateſſar. ℥.iij. Rad. angelic. ℥.i. zed. ℥.ß. ſem. cardui ʒ ij. ▽ Scord comp. Cardui, Meliſ. Angel. ā. ℔.i extrah. Tincturam ſ. a. & exhal ad debit. conſiſt. *Confert ad affectus frigidos, tum cerebri, ut Paralyſin, &c. tum ventriculi, ut Inflationem & ab ea dolorem, tardam coctionem: tum hepatis, ut Hydropem, Cachexiam, Obſtructiones. Valet etiam efficaciter ad morſus venenatos, & potionem veneni.*

* *Extract. Draſticum.* ℞ Scammon. ☿at. ℥.iij. ſucc. aurant cum cortic. expreſſ. ℔.ij. Digere tepidè ♁ vi. f. expreſſ. & exhal. ad Pil. conſiſt. *Doſ. à.* ℈.ß. *ad* ʒ.ß.

Extract. Ecphracticum. ℞ Xyloal. galang. caryoph. ā. ℥.ß. cinam. gent. cort. Winteran. ā. ℥.i. Rad. Raph. ruſtic. ℥.ij. Fol. calaminth. puleg. abſ. ā.

m. j. ♂ cum ♀ præp. ℥. viij. V. alb. & Decoct. ♀ri albi, ā. ℔. ii. ß. macer. ſ. a. colat. exhal. ad debit. conſiſt. addendo aloës ℥. i. myrrh. ʒ. ij. *Micklethvv. In morbo virgineo ac Scorbuto eſt efficaciſſimum: magnas enim vires obtinet in aperiendis obſtructionibus, præſertim lienis, hepatis, uteri, ac meſenterii: adeoque morbis indè natis ſubvenit.*

* *Extract. Febrifugum.* ℞ Pulv. Cort. Peruvian. ℥. iv. centaur. min. Rad. gentian. ā. ʒ. ij. ſerpent. Virgin. ℥ i. Sp. V. ℔. iv. vel q. s. extrahe Tincturam, & exhala ſ. a. *Titulus vires indicat. Doſ. à* ℈ ß. *ad* ʒ ß.

Extract. Fellis. ℞ Fell. bubuli in ☉e exicc. ℥ ij Sp. V. ℔ i ß. extrahe Tincturam, & exhala ſ. a. *Confert ad menſes ſuppreſſos. Doſ.* ℈. i. *vel* ʒ. ß. *in dies. Operatur per ſedem.*

* *Extract. Ictericum.* ℞ Sterc. ovill. rec. ℥ iv Rad chelidon ʒ x. curcum. ℥. i. ß lumbric. præp ʒ. vi centaur. min. m ij. ♂ præp ℥. ij. ſucci limon. ℥. vi. ▽ cichor. ℔. iv. Infund. 🝑 48 f. expreſ. quæ exhal. ad Pil. conſiſt. addendo Lumbric. præp ʒ i ß *ter in die, ſuperhibendo Decoct. Icteric.* ℥. iv.

Extract. Maltæ comp. ℞ Fol. Tuſ-

silag. pulmonar. maculos. rec. a. ℥.vi. glyc. ℥.viij. uv. pass. exacin. ℔ ij cerev. illupulat. fort. debi. ætatis cong. vi. coq. ad consumpt. cong 4. f. expres. fort. & exhala ad mellaginem. *Dos.* ʒ.ij. *bis vel ter in die, in Phthisi*, &c.

* *Extract. Melampodii* ℞ Rad Helleb. n veri cum fibris crass. ♋ at ℥.vi. sem. anis. ℥ i Sp. V. ℔.iij Infund. tepidè per ♁ vi. f. express. & exhala. *Dos.* ℈ ß. *ad* ℈ i.

Extract. Paregoricum. ℞ Philon. Rom. ℥. i.ß Mithrid ʒ v. Theriac. Lond. Diascord. ā ʒ iij. ▽ cardui ℔.i. Sp.V. ℥.iij. macera, cola, & exhala s a. *Proficuum in morbis contagiosis, catarrhis. doloribus, vigiliis*, &c.

* *Extract. Pectorale* ℞ Fol. scabios. hyssop. hæder. ter. ā. m xij. marrhub. alb. jaceæ ā m x. Tussilag. Helen. ā. m.xviij. contus. exprimatur succus, depuretur, & ad mellaginem evaporetur s. a *D. coch. j. ter in die, superbib. Decoct. Pector.*

* *Etract. Peticum.* ℞ Fol. peti exotic. ℥ ij. glyc. ℥.i. Fol. Asari rec. ʒ x. sem. anis. ʒ iij. coriand. ʒ ij. Rad angelic. galang. ā ℈ viij. macer. tepidè in Hydromel. ℥.xx. ⧖ 24. f. expres. &

exhal. ad debit. consistentiam. *Dos. ad* ℈.ij. *Crassos humores per vomitum & nonnunquam per secessum potenter expurgat. Feliciter datur in Asthmate, & pulmonum tartaro, nec-non in febribus, præcipuè Tertiana, & Quartana. Utile etiam in Ictero, Hydrope, ac Arthritide.*

* *Extract. Sarsæ.* v. *Aq. Sarsæ comp.*

F.

Febrifugum Salis. (i. e.) *Sal Armoniac. Volatile.*

Febrifugum Crollianum. v. *Antifebr. Conch.*

Febrifugum Riverii. ℞ Flor. ♁ ij. ter cum ✳co ♎ator. & edulcatorum, Vitri ♁ii. in ℥ iv. 🜄 (ex ⦶ & O factæ) ♉ati, ā. ℥ ß. ☿ii. cum 🜄 (ex ⦶, ⊖, & O factâ) ♉ati ℥ vi. ☉is in 🜄 soluti ℥ i. m. ac ♌a ex ☉ gradatim ad siccit. cum 12. cohobiis. ♋ri quinquies loto & siccato adde Alcoh. V. ℔ ij. ♌a ex ☉ novâ sexies cohobando Effunde Alc. V. & ∅m calcis. pone in ✠bulo benè lutato, △ e rotæ, per 3. ⧖ Dein Alc. prædictum ♌atum superincende ∫ a. *D. gr.* vi. *ad* ℈. i. *cum* ā. *Scammon.* ♀*rat.* &c.

Flores Antimonii. ♎a ♁ △e forti, aut per ſe, aut cum ∴ ; vel ♀ro calcin. admixto Flores albiſ. colligantur, uſuique ſerventur. *Vomitum nonnunquam promovent. Doſ. gr. 2. ad 4. Sudorifici ſunt.*

Flor. Antim. Diaphoret. Fiant ex Flor. ♁ij ◎o ♀ris irroratis, & ✠bulo clauſo calcinatis ſ. a. *Viribus pollent cum prioribus.*

Flores Benzoïni. f. ex ♋re Benz. opt. vaſi vitreato indito, deſuper ponendo chartam duplicem pyramidatam, & l. △. ♎ando ſ. a. Flores chartæ adhæreſcentes (chartâ ſæpiùs mutatâ) eximantur. V. *aliter in Pharmacop. Londin. Pulmonici, bechici, ac aſthmatici ſunt inſignes, & Catarrhos ſiſtunt. Sudorem movent. Doſ. gr. 5. ad 12.*

Flores Biſmuthi. ℞ Marcaſit. calcin. & ✱ ā. & ♎a ſ. a. in cucurb. forti. *Coſmetici ſunt celebrati ad dealbandam faciem, cum duplici quantitate Pomati. Conferunt ad cutis Vitia, Lichenes, Impetigines, &c.*

Flores Joviales. ℞ ♃ p. i. ⦶ p. ij. ♎a ſ. a. Ablue Flores ▽â calidâ. *Præſtant magnoperè in uteri ſuffocatione, tum intrinſecùs quàm extrinſecùs adhi-*

biti. Dos. gr. ij. ad vi. repetitis vicibus.

Flores Salis. fiunt augendo △ em post ♌ationem ☉i ⊖is, & ♎ando Flores collo ☾ adhærescentes colligantur. *Alexiterii sunt. Dos. ad* ℈ i.

Flores Salis Armoniaci, f. ex ⊖ fusi & ✱ ā. ♎atis s. a. *Diuretici, & Diaphoretici. Dos. gr.* 5. *ad* 15.

Flor. Sal. Armon. Martiati, f. ex ♂. & ✱ ā. ♎atis. 🜁ri exponendo ☉ m. miscendo cum dimid. quant. ✱ci, siccando, & ♎ando s. a. *Tollunt perfectè cruditates ventriculi, cum Vino Absinthiaco, aut Decocto sassafras, sudorem promovendo. Optimè valent in Quartana.*

Flores Sulph. Albi. ℞ Lap. prunell. ℥ 2. calcinat. in ✝bulo optimè operculato cum carbonibus vivis supra operculum positis, ℥ iij. 🜍 ℥. vi. m ac ♎a ▽e ∴æ s. a. *Lacti* 🜍*ris viribus æquivalent. Dos.* ℈. i. *ad* ʒ ß

Flores Viridis æris. Solve ⊕ in ✱: dein filtra ac crystallisa s. a. *Summum est mundificativum in vulneribus.*

Flores Vitrioli. ♎a ⊖ fusi & ⊕li ā, s. a. *Inserviunt plagis putridis mundandis, incarnandis, & cicatricibus inducendis.*

Flores Zinci, f. uti *Bismuthi*, *easdemque vires obtinent.*

Flos Cordialium;

Nec-non

Cardiacum Magnum:

℞ Flor. ſiccat. Roriſm. calthæ, tunicæ, ſuperbæ, borag bugloſ roſ.rub. roſ. pallid. rorellæ, viol. actes, beton. aurant. jaſmin. ā. ℥.i. croc. ℈.iv. Fol. ſiccat. Card. ben. ſcord. angelic. apiaſtri, menth. amarac. valerian. ā. ʒ.vi. Rad. Heptaphyll. zedoar. ariſtol. rot. caryophy lat. ā ℥ ß. gentian ʒ ij ſem. ocimi, cort. citri, ſant. citrin. Bac. junip. kerm. cardamom. ā. ℥ ß. cubeb. ʒ.iij. cort. ſaſſafr. & xyloal. ā. ℥i contuſis contundendis adde Sp. V. ℔.xxx. poſt macerat debitam abſtrahe per MB ℔ xx: quæ ſerventur ad uſum, nominatur, *Flos Cordialium.* Reſidui fiat expreſſio & colat. quæ per ulteriorem Vationem exhaletur ad mellaginem. Singulis hujus unciis accuratè admiſce ſacch. cand. alb. ℥ ij ſucc. chermeſin. ʒ. Tinct. Corall. ʒ.vi. margarit. præp. ℥.ß. terr. ſigil. ʒ.ij. Bezoar. Animal.

Bez. orient. ā. ʒ.i. ambr. gris. ℈.ij. mosch. ℈ ß. Fol. auri n° 20. m. f. a. ut fiat *Cardiacum Magnum.*

* *Fotus Arthriticus.* ℞ Salv. rorism. chamæm. artemis. hyperic. abs. vulg. ā. m.vi. ⊖ nigr. m.iij. coq in ▽ cong. iij. ad ij. f. colat, pro fotu.

* *Fotus Scorbuticus.* ℞ Artemis. hyperic. cochlear. utriusque, chamæpyt. ā. m.iij. abs. com. & Rom. ā. m.iv rorism. m ij. Rad. raph. sylv. ℥ iv. coq. in ▽ s a. pro fotu.

* *Frontale Cephalalgicum*, fit ex Rhodostagmatis q. s. in ✠, vel Sp.V. frixâ, inspergendo ♋ ris nuc, m. ʒ i. zedoar. ʒ ß. camph. ℈.ij. *Adhibe fronti & temporibus.*

G.

Galbanetum Hartmanni. ℞ Galb. p. i. Sp. Tereb. p.ij. Digere ac ♈a ex ♀ f. a.

Galbanet. Sennerti, f. ut suprà, addendo ☉ ſt. Lavendul. ℥.i. & ♈ando f. a. *Ad membra paralytica inungenda insigne remedium.*

Gargarisma Album. ℞ Aq. Plantag. ℥. iij. ♈ ros. rub. ℥.i. albumina ovorum

in aqueam ſubſtantiam agitata n° 3. ſacch. cryſtall. ℥.i. m. f. Gargariſma. Vel ℞ Rad. alth ʒ.iij. Sem. cydon. ʒ.i ß. coq. in Aq. hordei ℔.ii. ß. circa finem addendo liquirit. raſ. ʒ.ij. colat. adde albumina ovorum agitata n° 2. ſacch cryſtall. ℥.ij. m. f. Garg. *quo os ſæpè colluatur, & parùm ſenſim deglutiatur. Pro Aphthis*, &c.

* *Gargariſma Apoplecticum.* ℞ Sem. ſinap. ☿at. Sp. caſtor. ā ℥ ij. Oxyrrhodini ʒ.i. f. Muſtarda ſ. a. cui adde Decoct. fort. roriſm. & beton. ā. ℔ i. Mel. Anthoſ. ℥ ij. m.

* *Garg. Scorbuticum.* ℞ Roriſm m i. caryoph. n° 40. ⊖ cochlear. ʒ.ij. omphac. ℔.iij. coq. ad ℔.ij. *Ad gingivas putridas in Scorbuto.*

* *Garg. Synanchicum.* ℞ Spong. ſambuc. ℥.i. Albi canis ʒ vi Fol. rubi m.i. roſ. r. m.ß. geran. columbin. m.ij. ficus n° viij. coq in ▽ q. s. ad ℔.ij colat adde ✠ Sambucin ℥.i Rhodomel. ℥.iij. *Ad ulcera oris, aphthas*, &c.

* *Gelatina Cornu Cervi.* ℞. C.C raſ. ℥.vi. Aq. font. ℔ vi. infunde tepidè & coq. l. △. (vaſe clauſo) ad 3 vel 4. ✕, ut fiat Gelatina. colat. adde ſucc. limon. ℥.i. ſacch. opt. ℥.ij. *Reſtaurativa eſt in Tabe*, &c.

* *Gelatina Corroborans*. ℞ Pedes 4. ovillos, 2 vitulinos. raſ. ebor. Rad. Satyr. ā. ℥.ij. virgæ Hippopot. ℥.i. c. c. ʒ.x. Fol. alchimil. bellid. ā. m.ij. 🜄Font. ℔.x. coq. ſ. a. ad ℔.iij. f. colat. adde ſacch. cand. alb. ℥.iij Refrigerent & reſideat Gelatina, auferendo pinguedinem ac fæces ſ a. *Detur hauſtus manè cum Priap. cerv. pulv.* ℈.i. *præmiſſis pilulis adſtring.*

* *Gelatina Ichthyocollæ*. ℞ Ichthyocoll. albiſ. inciſ. & contuſ ℥.ij 🜄Font. ℔.ij. coq. ſ. a. ad med. adde colaturæ Neogalact. ℔.i. ſacch. cand. ℥.i. *Doſ.* ℔.i. *bis in die. Ad Profluvium album, Gonorrhœam*, &c.

Gilla Theophraſti, Nihil aliud eſt, quàm 🜖 album depuratum.

H.

Helleborus. v. *Elleborus*.

Hepar Sulphuris, fit ex Flo. 🜍 liquat. ℥.iv. addendo Sal. 🜕ri puriſ. ℥ i.ß. & miſcendo opt. cum ſpatula agitando Remot. ab △ ſerva ⊘m ad uſum. *Inſervit Tincturæ & Syrupo* 🜍*ris præparandis.*

Hercules Bovii. v. *Aurum Vitæ*

I.

Ignis Philosophicus. v. *Phosphorus.*

* *Infusio Arthritica.* ℞ Anthûs ℔.i. ✱ colat ℥.i Pyrœni ℔ vi. Digere in Lagena opt. obturata in fimo equino ♁ 40. dein insola ♁ 20. f expressio. *Applicetur in declinatione Arthritidis, extrahit valde frigidos, crassos, & flatuosos humores in articulis, & fortificat.*

* *Infusio Benedicta.* ℞ Rad polypod. qu. turpet. senæ opt. ā. ℥. vi. sem. carui ℥.i. V. alb. ℔.xij. macer. (vase clauso) super 🜊 calidos ad 🝮 24. colat. cum expressione factæ adde mann. opt. Syr. Ros. cum Agar. sacch. ā. ℔.i. clarific. cum album. ovor. f. a. *Bilem utramque cum pituita è capite, Ventriculo aliisque partibus insigniter educit sine fastidio. Dos.* ℥.iv. *ad* ℥.vi.

* *Infusio Cachectica.* ℞ Rad. Enul. rec. incis. ℥ vi. uv. corinth. incis. ℥.viij. sacch. alb. ℥.vi. V. alb. ℔ iij. macer. in frig. 🝮 48. & cola. *Dos.*℥.iv. *bis in die in cachexia, chlorosi, Dyspnæa,* &c.

* *Infusio Icterica.* ℞ ♀ anserin. rec.

℥ vi. Fol. chelidon. m.ij. V. alb. ▽ chelidon. ſimp. ã. ℔.i. Infunde tepidè 🜄 vi. cum ſacch. alb. ℥ ij. f. colat. ſæpe per manic. Hippoc. *Doſ.* ℥ iv. *bis in die.*

Infuſio Ireata ℞ Rad. irid. nr. rec. inciſ. uv. paſ. exacin. inciſ. ſacch. alb. ã. ℥.vi. V. alb. cereviſ. ten. ã. ℔.iij. macer dies 3. & f. colat. *Detur hauſtus manè & veſperi in Scorbuto, Hydrope,* &c.

Infuſio Sancta. ℞ Guajac. ℥.ix. ⊖ ☿ri ℥.iv. glyc. ℥ iv. Digere tepidè in Hydropeg. ℔ xx. ad ♁ vi. deind. f. colat. *Alexipharmacum nobile habetur. Sanguinem mundificat, omnes obſtructiones & putrefactiones tollit, & ſanitatem optimè præſervat. In Scorbuto, Hydrope, Febribus, Lue ♀, Arthritide, cæteriſque morbis tartareis multùm facit. Doſ.* ℥.vi. *quater in die.*

* *Injectio Alba.* R Troch. alb. Rh. ʒ.iij. camph. ℈.i. ſolvantur in ▽ ſperniolæ ℥ xij. ſ. a. *Inflammationes & dolores mitigat. efficax admodum ad ulcera virgæ, Gonorrh.* &c.

Injectio Auricularis. ℞ Anthûs m.ij. coq. in ⊡ pueri ℔.i.ß. ad ℔.i. colat. adde Rhodomel. ℥ iv. m. *In Surditate, & dolore.*

* In

* *Injectio Benedicta.* ℞ ▽ Benedict. ℥.viij. ☿ d subt. ♋at. ʒ iij m. exactiſ. ſ. a. *Vires habet in ect alb.*

Jovis Amalgama. (i. e.) *crocus Jovis.*

Julap. Antiſcorbuticum. ℞ Vin. chalyb. ℔ ß. Tinct. ſacræ ℥.iij Sp. cochlear. ʒ v Sp Lavend. comp ℥ ß. ♀ ⊖lat ℈ i. Syr. Scelotyrb. ℥ i.ß. m. *Dentur, coch. ix. omni manè.*

Julap. Aſthmaticum. ℞ Milleped. vivor. n° 400. contuſis adde ▽ Hyſſop ℥.vi ▽. Limac. magiſtr. ℥. .ß. ſacch. cand. ʒ.iij. f. expreſſ. fort. *Dentur coch. 2 cum Decoct. Pector.* ℥.iij. *quarta quaque hora calidè.*

* *Julap. Cretaceum* ℞ Cretæ albiſ. ♋at. ℥ i. ſacch. opt ℥.i.ß. ol ſt nuciſt. gr.iij. Hydropeg. ℔ ij miſc optimè ſ. a. *D.* ℥.iij *pro vice ſæpe.* Ἐν τῇ καρδιαλγίᾳ ἄειστον.

* *Julap. Fragorum.* ℞ Fruct fragor. matur. ℔.j ß. Hydropeg ℔ Leucœn. ℔.i. ſacch alb Syr Limon ã. ℥.i.ß macer. in frig. ⧖ 3. & cola. *In æſtu febrili refrigerat*, &c.

Julap. Hyſteric. Camphoratum Incende camphor. ʒ.ii & ſæpe extingue in ▽Font. ℔.i. ad totalem camphoræ

consumptionem. Tum cola. *Dentur coch 4. vel 5. sæpe in paroxysmo.*

* *Julap. Hyst. Farinaceum* ℞ Farinæ tritici purif. ʒ.ij sacch alb ℥ ß. Hydropeg ℥.viij. Agitentur opt. in Phiala, ut f. Julap. albis. *Dentur sæpius coch. 4. in paroxysmo.*

* *Julap. Hyster. Fœtidum.* Solve Asæ fœtid. opt. ʒ.i ß. in ▽ Ceras n ℥ vi. sine calore in mortar. frig. ut la[...]es-cat s. a. *Sumatur coch. j. initio paroxysmi, & repetatur post finitum ejus.*

* *Julap. Hyst. Mithridaticum.* ℞ ▽ Bryon. c. ℥.vi. Mithrid. ʒ.ij. Tinct. castor. ℥.ij. Syr. Ceras. n. Gran. Actes ā. ℥ i. ß. m. s. a. *Dos. coch. j. vel ij. in languoribus.*

* *Julapt. Hyst. Moschatum.* ℞ ▽ Naphæ ℥.vi. Mosch. ℈. ß. sang. drac. ℈ i. m. *pro 2. dos. in parox.*

* *Julap. Idæum.* ℞ Fruct. rubi Idæi rec. ℔.i. sacch alb. ℥ ij Hydropeg. ℔.i.ß serva simul in frig ad ⧖ 3. & cola. *Bibatur ad libitum in æstu febrili ad sitim extinguendam.*

* *Julap Perlatum* ℞ |△ Citri, Borrag. Melis. ceras. n. ā. ℥.iij. Sp ceras. n. vel. Sp. citri ℥.i sacchar albis ʒ vi. margarit. præp. ʒ.i.ß. Agitentur opt.

f. a. *Dentur coch. 5. vel 6. in languor.*

Julap. Purpureum. ℞ Syr. Viol. ℥ iij. Sp. ♁li gt. 30. Hydrocrith vel Hydropeg. ℔. ij. m. ſ. a. *In febribus ardentibus ad ſitim extinguendam utiliſſimum.*

* *Julap. ad Rachitidem.* ℞ ▽ Ling. cervin cum 2. cohobiis ♄at ℥. iv. Conf. Alkerm. ʒ ij Syr Caryoph. ℥ i. Sp. ♆ gt. vi Fol. ☉ nº 2. m. f. Julap. Elegans. *D. coch. 1. bis in die. Mirandæ præſtitiſſe narrant Dominæ.*

Julap. ad Sitim. v *Decoct. ad ſitim.*

* *Julap. Tartariſatum.* ℞ ♋ ſubt. ♀ alb. ℥ i. ⊖ ♀ ʒ. ß. V alb. ℔. iij. ß. m. *Doſ* ℥ iij. *bis in die per dies* 8. *in Icteritia curanda.*

* *Julap. Vitæ.* ℞ Vitell. ovor. rec. nº 2 ſacch. alb. ℥. ß ⊙ cinnam. gt. iij. V. alb. vel Hiſpan. ℥ vi. exactiſſ. miſceantur. ſ. a. *In animi deliquio, viriumque maximâ debilitate, vel in moribundis auxilio fuit.*

* *Juniperi Baccæ candefactæ,* f. irrorando Bacc ſelectiſ. ℔. i. vino Hiſpan. dein ex cribro ſacch. opt. ♋at. ℥. iv. inſpergendo, & lentè ſiccando ſ. a. *Sudorificæ, Hyſtericæ, Nephriticæ,* &c.

Jupiter Diaphoreticus, f. ex ⊕o Florum ♃is, in ▽ coϲto, ⊽ato, & edulcato ſ a. *Doſ. à gr. iij. ad x. Potenter ſudorem movet. Utilis in utero ſtrangulato, Peſte, Lue ♀, Podagra*, &c.

Jupiter Nitratus, f ⊕m poſt ℞ationem Flor. ♃is coquendo in ▽, filtrando, exhalandóque ad ſiccit. ſ a. Dicitur & *Nitrum Joviatum. Vires & doſis cum priori.*

Juſculum Galli. ℞ Gallum antiquum admodùm fatigatum, donec laſſitudine cadat. Tum trucida, depluma, exentera, farciaturque ingredientibus idoneis. coq. in ▽Font q. s. (⊠ 5. vel 6.) donec caro ab oſſibus ferè decidat & cola. *Nutritivum eſt & reſtaurativum in Tabe, Hectica*, &c.

L.

Lac Aluminis, fit ex ▽æ album. ovor. ℥. v. i ♌ris O is ℥ i Sp. V. ℔ ij. opt. & diù in vaſe vitreo conquaſſatis, ut f. inſtar Lactis. *Arcanum habetur in Gonorrhœa, Profluvio albo, Menſibus immodicis*, &c. *Doſ. coch. 2. vel 3. ter in die. Aſſumptum ad* ℥. ij. *hora ante paroxyſmum ſæpe curat Tertianam.*

Lac Ammoniaci. ℞ Gum. Ammon. purif ʒ iij. ſolve in ∇æ Hyſſop. frigidæ ℥.vi. in mort. frig. ſ. a. *Detur ſæpe coch.* j. *pro vice in difficultate anhelitus.*

Lac Aſæfœtidæ, v. *Julap. Hyſt. Fœtid.*

* *Lac Benzoïni.* ℞ Sp. Benz. ℥ i. ∇æ Hyſſop. vel ſcabioſ ℥ xij m. ſ. a. *Aſthmaticum, Pectorale*, &c.

Lac Mercurii, f. ex ☿ corroſ. ʒ vi. fricatis & agitatis in diſco ſtanneo cum ∇ fumar. ℥.xij ut f. lactis inſtar. ſ. a. v *Vires in Aq. Mercurial.*

Lac Saturni. v. *Magiſt. Saturni.*

Lac Scammonii ℞ ♋ ſcammon. ʒ.vi. affunde in mort. frig. paulatim ∇ cinnam hordeat. ℥ viij. inter affundendum diu agitando. Liquor lacteſcens ſeparetur à picea ſubſtantia, & ſervetur ad uſum. |Vocatur & *Liquor Acuens. Doſ. coch.* j. *ſuaviter purgat.*

Lac Sulphuris. ℞ 🜍 p. i. ♆, vel ⊖ 🜔 p iij coq. in ∇æ q. ſ. ad 🜍 ris ſolutionem: filtra calidè, ℧a cum 🜊 vel Sp. ⊕i, edulcora & ſicca ſ. a. *Balſamum eſt pulmonum conſumens & exiccans: valet in Catarrhis, Aſthmate, Tuſſi, Phthiſi, Colica*, &c. *Doſ.* ℈.ß. *ad* ℈ i.

* *Lapis contrayerva.* ℞ Magiſt. c. c.

coral. alb. rub margarit. succin. alb. ocul. ♋. ā. ʒ.ij. Rad contrayerv. ℥ ß. apic. n g chel ♋. ℥ ij. omnibus ritè præp. & comministis adde Gelatin. viperar. q s. ut f. Globuli, foliis ☉ obducendi, atque cautè siccandi, s. a. Sunt, qui addunt Ambr. gris. ʒ.i ß. *Cardiacus, Alexiterius & sudorificus insignis est. Valet maximè in Peste, Variolis, Morbillis, Febribusque malignis omnibus. Dos.* ℈ ß. *ad* ʒ.ß.

Lapis de Coa. ℞ Lap. Hyacinth. Topas. Sapphir. Rubin. Margarit ā. ℥.i. Smaragd. ℥ ß. Bezoar. orient. Corall. alb. rub. ā. ℥.ij. Mosch. Ambr. gris. ā. ℥ ß Fol. ☉ n° 40. F. ♋ subtilis. qui cum ♀ Ros. in pastam subactus efformetur in Pilas oblongas, ovulis non absimiles, in umbra probè siccandas. Postea Dentalio Entalio, seu ullâ aliâ hujusmodi conchâ accuratissimè (ut eleganter niteant) poliantur s. a *Easdem obtinet vires cum priori. Præterea specificus est contra Spasmum & contracturas. Dos. a* ℈.i. *ad* ʒ ß. *& ultra.*

* *Lapis Medicamentosus.* ℞ ⊖ alb. ℥ iv. ✱ ℥ ß O, ceruss ♃ ā. ℥ i. m. f. ♋ coq. cum ✠ q. s. ad lapidis duri

consist. s. a. *Virtutes hujus variæ sunt. Ulcera & defluxiones tollit: Vulnera inveterata desiccat: Erysipelas, Scabiem, Tineam, &c. curat. Modus utendi ità est. Liquescat* ℥.i. *in Aquæ pluvialis* ℔.i. *& filtra. Dein utere, tum lavando, tum linteolum imbuendo ac imponendo.*

Lapis Salutis. ℞ ☼ ℥ i. ☉, ♒, ā. ℥ ij. ⊕ virid. ℥.vi. ⊕ ℥.iij. ceruss. ℥ ij. m. f. ♏ coq. l. ▽ cum ✠ q.s. donec redigantur omnia in lapidem durum. *Easdem vires habet cum priori Lapide.*

Laudanum liq. Cydoniat. ℞ Opii correct. ℥.iv. croc. ℥.ij. succ. cydon. ℔ ij ß. Flor. cerevis. coch 4. fermententur simul in digestione, donec subsident crocus & opium, exprime & filtra: adde liquori cinnam. ʒ ij. caryoph. xyloal, sant. citr. ā. ʒ.i Digere ♂ 14. filtra & exhala ad dimid. *D. Willis. Dolores maximè sedat somnum inducit, omnes fluxiones sistit, ardorem mitigat, naturam confortat, inquietos Spiritus in Phrenitide, Arthritide, Epilepsia, &c compescit. Odontalgiam mirè sedat (impositum).*

Laudan. liq. Tartarisat. ℞ Opii ℥.ij.

croc ℥ i. cinam. caryoph. mac. nuc. m. xyloal. ā. ʒ i. Tincturæ ☉is ♀ri ℔. ij. Digere dies aliquot, filtra & exhala ad dimid. *Vires & dosis cum superiori.*

Laudanum sine Opio ℞ Myrrh. opt. mumiæ, sant. rub. citr. ā ℥. i. ß. macis, cardamom. piper. galang. ā. ℥ iv. ß. Sp. V. ℔ iij. extrahe Tincturam s. a. cui filtratæ admisce ♁ris ⊖li narcotici ʒ. iij. & digere per mensem: deinde ad mellagin. exhala, addendo croc. ℈ ii ß. Sal. perlar. ℥ i ß. ut f. ⌀ s. a *Anodynum est potentissimum. Omnes fluxiones, catarrhos, tusses, &c. sistit: Atque easdem habet virtutes cum præcedente.*

Laudan. Starkii. v. *Pil. Matthæi.*

* *Linctus Benedictus.* ℞ Sapon. Ven. V. Bened. ā. ʒ. ij. Lohoch Sani. ℥ ij. Syr. Jujubin. Tussilag. Cap. ven. ā. ℥ i. m. s. artem pharmaceticam. *Dicitur & Linct. Potentialis. Detur coch. j. quarta quoque hora. Potenter expectorationem promovet.*

* *Linctus Expectorans.* ℞ Smegmat. Castil. ʒ. ii. ß. ⊚ Amygd. d. Syr Viol. ā. ℥. ii. ß. sacch. alb q. s. m. s. a Vel, ℞ Lohoch Domest ℥ iij. Smegm. Castil. ℥. i. m. *Idem facit cum supradicto.*

Linctus Hæmoptoïcus. ℞ Lap. Hæmatit. Gum. Arab succin. alb ā. ℈ ij. amyl. ℥ ß glyc. ℈.i. albumin. ovor. q. s. m. f. Linctus ; *subinde lingendus cum bacillo liquirit.*

* *Linctus Synanchicus.* ℞ Pulp. Conſ. roſ. r. ℥.ij Rob. granor. A cs ℥ i Rhodomel. ℥ i ß cynocopri 🝔at. ʒ vi m. ſ. a. *Detur coch.* j. *ſæpe in Angina*, &c.

* *Linimentum Melluminatum.* ℞ 🝔ris Aquileg. ſalv. menth. nuc m. ā. ℥.ß. O uſti ℥.i. mellis ℥ iv. m. *Ad ulcera gingivarum, inflammationes, laxitatem*, &c.

* *Linimentum Simplex.* ℞ Succi Solatri, ◎ Roſ. ā. ℥.xx. coq ad ſucci conſumpt. colat. adde Litharg. ceruſ. ā. ℔ i. m ſ.a. *Valet in mammarum Cancro, Rosâ, Eryſipelate*, &c.

* *Linteum Crocatum*, fit coquendo linteum cum croci ʒ.ß. in ▽ Rutæ, & exiccando. *Hoc perpetuò ſub mento, variolis durantibus, geſtandum.*

Liquamen Silicum. ℞ Silic uſt. p iij. ⊖is ♀ri per ⊕ calcinat. ℥ iv. exactè miſce, & per vices in ✠bulum candens injice, urgendo ▽em ſ. a. Poſtea ⌀ in △ri expone, ut ſolvatur per

* *Vinum Arthriticum.* ℞. Sarsapa-rill. guajac. ā ℥. i. Visc. querc. ʒ. vi. Fol. sicc. chamædr. chamæpit salv ā ℥. iij. Fl. primul. veris, rorism. lil. conval. ā ℥. ß hyperic. ʒ vi. V. alb. ℔. x. Infund ♁ 3 f. colat, *D.* ℥. *ij.*

bis in die per ○ 30. *aut* 40. *post usum* *Vini seq.*

* *Vinum Arthriticum purgans* ℞ Chin. sarpar. ā ℥. ij. polypod. ℥. iij rhab. Senæ, ā ℥ i. chelop. ʒ. vi. caryoph ʒ. i. V. alb. ℔. vi. Infund. s. a & cola. *D.* ℥. *iv. quotidie per* ♁ 8. *Vere & Autumno.*

* *Vinum Chalybeatum.* ℞ ♂ crud. ℥. viij. Rad. eryng enul. ā ℥. i ß. santal citr ʒ. i. coral. rub. ras. ebor. ā ʒ. vi. caryoph mac. cinam zz. ā ʒ. iij. ceterach, anth. Fl genist epithym ā p. ij. Leucœn. opt. ℔. vi. macer in ♈. ○ 8, sæpe agitando, post residentiam filtra ad usum *Dos. coch.* ʒ. *ad* 6. &c. *omni manè ad dies* 20. 30. &c. *in Chlorosi, hydrope, ictero, mensibus obstructis, quartanis, &c.*

* *Vinum Ecphracticum* ℞ Lumbric. terr. vivent. circulis rubris in collo signat s n° 24. contund. in mortar. marmor. cum uv. corinth. mund. ℥. iv. addendo V. Rhen. ℔ iij. crystal. mineral. (in V. Rhen. solut. ℥ ß. f. colat. limpidiss. sæpe trajiciendo per manic. Hip. *D.* ℥. *iij. ter in die cum Aq. cinnam. hord.* ℥. *i. Diureticum est nobile.* *Vinum*

Vinum Hippocraticum. ℞ Caryoph. zz. ā ℥. i. cinam. nuc. m. ā ℥. ij. contusis adde Vin. Hispan. ℔. xij. sacch. albis. ℔. iii. ß m. cum lactis rec. ℔. ii ß. stét 24. f. colat. desuper limon. i incis. & rorism virgultas duas, sæpe per manic. Hip trajiciendo ad claritatem. *Dos. ℥. iij. vel iv. in languoribus.*

Vinum Hydropicum. ℞ Rad irid. nostrat. ℥ i. enul. scillæ præp. ā ℥. ß. marrub. mi. cort. rad. sambuc ebul. ā ℥. i. Fol senæ, ℥. i. ß. agaric. ʒ. ij. zz. ʒ. i. vin. alb. ℔. iv, infunde s. a. f. colat. *Aliter.* ℞ cinerum genistæ & juniper. ā ℥ i. Vin Rhen. ℔ iij. f. lixivium, cui adde Rad. ireos nostrat. ℥. i ß cort. intern. sambuc. & ebuli, ā. ℥. i. cort dulcamar. ℥ ß. rhab. ʒ ij. mechoac. ℥. ß Senæ, ℥. i. sem. carui, ʒ. vi. cort. sassafr. & VVinteran. ā ℈ iv Infunde tepidè per noctem: colat. adde sacch. alb. ℥. iv. fl. ros. Dam. m. ij. stent aliquantisper, & denuò cola. *Dos. ℥. iij. &c. omni manè per dies aliquot.*

* *Vinum Scelotyrbicum.* ℞ Fol. acetos. becabung. nasturt aquat. cochlear. hort. ā m. iij. Rad. epul· ireos nostrat.

raphan. rustiç. ā ℥. i.ß. sem. cochlear. ℥. i. V. alb. ℔. iv. macer. per dies 2. & f. colat. *Titulus monstrat vires.*

* *Vinum Viperinum.* ℞ Viperas fæmellas vivas tempore verno collectas n° vi. V. Hispan. opt. ℔. vi. macer. (vase opt clauso) sine calore per menses 6. dein cola ad usum. Sunt, qui macerant viperas excoriatas (rejectis interaneis, cauda ac capite) in V. Hispanic. per ♁ aliquot. *In Lepra Græcorum, Elephantiasi, sterilitate, Peste, &c Dos.* ℥. *iij vel iv. bis in die, ad longum tempus.*

Vitriolum Camphoratum. ℞ 🜖 calcin. ℥. vi. Camphor. in Spir. Vini solut. ℥. i. m & lento △ e Spiritum indè abstrahe s. a.

Vitriolum Lunæ, fit ex ☾ in Sp. 🜕 i solut. coagulando & crystallisando s. a. Dicitur & *Crystallum Lunare*, *& Magist. Lunæ. Dos. gr. 2. ad 6. &c. In hydrope, capitis morbis, ut Epilepsia, hemicrania, &c. proficuum. Leniter purgat, & nonnunquam vomitum ciet. Ex hoc fieri solent cum micis panis mixto Pil. Lunares.*

* *Vitriolum Martis.* ℞ Alcoh. v. ℥.. iv

☉ ♁li ℥. ij. ſerva ſimul in vaſe ferreo ad ♁ 15. vel ad ſiccitatem. *Doſ. gr.* 2. *ad vi, &c. in obſtructionibus*

Vitriolum Veneris. V. *Flores Viridis aris.*

* *Unguent. Albuminum*, fit miſcendo exactiſ. ☉ Roſ. ℥. ij. cum Album. ovo . ℥. iv. ſ. a. *Ad ambuſta , inflammationes , &c. optimum remedium.*

* *Ungent. Antipyreticum* ℞ Chenocopri rec. ☉ oliv. ā ℥ iv. ung. Dialth. ☉ Roſ. ā ℥. i. ▽ nivis ℥. viij. coq. l ▽. ſ. a. colat. adde camph ʒ. i. m. *Valet opt. in ambuſtis , &c.*

* *Ungunt. de Aurantiis.* ℞ Poma aurantia rec. ſed immatura & viridentia in pulpam cum cortic. contuſa nº vi. Fol. lauri m. iv. ſalv. acetoſ. calend. ā. m. ij. ſucci naſturt. aquat. ℔. ij. Butyr. rec. ℔. ij. coq. ad ſuccor. conſumpt. f. expreſ. fortis ; cui adde recentia folia lauri , & ſalviæ contuſa , cinnam. ℥ i. nuc. m. ℥ ß. coq. iterum ad herbarum putrilag. & f. expreſſio. *In Scabie , pruritu , &c. inſigne.*

* *Unguent. de Betonica aquatica.* ℞ Fol. betoni. aquat. acetoſ. ā m. vi contuſis adde Butyr. rec. ℔ ij coq. ad

herbar. ſiccit. f. expreſſio Repet. coctio ter foliis rec. colat. adde ♃ viv. ſubt. ♋ at. ℥ ii. ß. ſtil. cort. aurant. ʒ. i. m. f. Ung. ſ. a. *In pruritu, Scabie, &c.*

* *Unguent. Cephalalgicum.* ℞ Ung. Alabaſtrin. Roſat. ā ℥. ij. opii ʒ. i. croc. ʒ. ß. ol. nuc. m. ʒ. i. m. f. Ung. *Pro temporibus ac fronte inungendis.*

Unguent. Crinificum. ℞ Labdan. ʒ vi. Axung. urſin. ℥. ij. mell. crud. ℥. ß. ♋ ris Abrotani ʒ iij. cineres rad. arundin. ʒ i. ß. ◎ nuc. m. ʒ. i. Balſ. Peruan ʒ. iij. m.

Unguent. Depilatorium. ℞ ♆ ℥. iv. ☍ ℥. i ß Rad. irid. Fl. ℥. i. ⊕, ♃, ā ℥ ß Lixiv. fortiſſ. ℔. ij. coq. ad conſiſt. debitam: adde ◎ caryoph. gt. xx. m. f. ung. ſeu Pulmentum.

* *Ungent. Digitalis.* ℞ Butyr. Maial. ℔. iij. Flor. Digitalis rec. contuſ. quot infarciri pt. Inſolentur ♁ 30. deinde coq. ſ. a. & f. expreſſio. *Pro locis affectis ſcrophuloſis inungendis, nil æquale.*

* *Unguent. Faciale.* ℞ Camph. Apyroth. ā ʒ. j. Pomat. ℥. ij. Diaſinap.

fortiſ. colat ℥. i. ol. Rhodii gt. 4. m. f. Ung. *Ad faciei ruborem curandum, præmiſſis univerſalibus.*

* *Unguent. Familiare.* ℞ Butyr. Maial. ℥. vij. ceræ, reſin. ā ℥. 4. mell. crud. ʒ. x aleuri ʒ. vi. m. ſ. a. *Calfacit, humectat, laxat, emollit, diſcutit, abſterget, lenit, concoquit & digerit. Uſus eſt familiaris in paronychiis, ac pernionibus ſubitò curandis. Ulceribus pedum ſcorbuticis mirè auxiliatur.*

* *Ungent. ad Fiſſuras.* ℞ Myrrh. zz. lithargyri ☽ æ, ā ℥. i. mell ℥ iv. ceræ, ℥. ij ◎ Roſar. ℥. vi. m. ſ. a. Pro ditioribus addi poteſt ◎ Rhodii, gt. xj. Fol. Auri nº x. *Aliter.* ℞ Æ, myrrh. ceruſ. ā ʒ. ij. cum Agung. anatis q. s. f. ung. *Citò curat.*

* *Unguent. ad Foveas.* ℞ ◎ Amygdal. dulc. ℥. ij. Sperm. ceti ʒ. iij. ◎ ſtil. Rhodii gt. iv. m. f. unguent. ſ. a. *Ad foveas Variolarum delendas præſtantiſſimum eſt ungentum. Dolorem lenit, acrimoniam tollit, &c.*

Unguent Fuſcum. ℞ Colcothar & Phlegm. ⊖li, ā ℥ i. Aceti chelidoniati ℥. i.ß. Flor. ⊕ ʒ. v. V. mell.

despum. ℥. iij. f. Ung. s. a. *Mundificativum optimum in vulneribus & ulceri-*

* *Unguent. Hæmorrhoidale* ℞ Butyr. Maial. rec. ℔. iij. Flo. Sambuc. & genist. rec. qu. infarciri potest contusos. Insolentur per mensem. Dein agitentur, & sub 🜄 â defossâ simul putrescant per mensem. Postea coq. s. a. & f. expressio. *Aliter.* ℞ ♋ ris suberis combusti ʒ. i. camph. ℈. ij. opii, gr. vi. Ung. Popul. ℥. i ß. *pro loco affecto.*

* *Unguent. Herpeticum.* ℞ ♃, ☍, ā ʒ. i. ♀, ⦶is. nig sapon. com. ā ʒ. ij. ◎ Sambucin. q. s. ut. f. Unguent. s. a. *Inunge locum peroptimè, maneat desuper* ⧖ 24. *superveniet crusta, removenda Ungent. albo.*

* *Unguent. ad Lumbricos.* ℞ Fol. absint. vulg. menth. tanacet. rutæ, porri, jugland. ā m. iij sabinæ, m. iv. helleborastri, m. vi. Contunde probè cum sem. Santon. ℥. ij. Rad. bryon. rec. ℥iv. colocynth. aloës, ā ℥. ij Fellis Taurin ℔ i Butyr. rec. insulf. ℔. v. V. alb. ℔. ij. coq. l. ▽. ad Vini & succor. consumpt f expressio.

Unguent. Ophthalmicum. ℞ Butyr.

Maial. ℥. iv. ceræ alb. ℥. i. lique & & lava sæpius cum Aq. Rof. dein (effusâ aquâ) adde Lap. Tutiæ præp. ℥. ß. camph. ℈. ij. m. f. ung.

* *Unguent. Paregoricum.* ℞ Ceræ, ℥. vj. tereb. ℥. iv. Mell. ℥. iij. Aleuri, ℥. i.ß. ◎ Rofat. Unguent. Hæmorrhoidal. ā ℥. iv. Liquefcant f. a. ut f Unguent. *Ad Perniones curandas egregium.*

* *Unguent. Piperinum.* ℞ ♉ ris Enul. Fl. ♀, ā ℥ ij. piper. n. ℥ i.ß. ung. Rofat. ℥ xvi. ol. ℞hodii. ℈ ij. m. f. unguent. *Ad Scabiem, Pruritum, &c. elegantissimum.*

* *Unguent. Soleare.* ℞. Rad. allii contuf. ℥. iv. Axung. ℥ viij coq. ad fucci confumpt. f expreffio: adde croc. ♉ at. ʒ i. Sp. ⊖ ℈ ij m. f. Unguent. *Pro plantis Infantum inungendis, ad tuffim, &c.*

Unguent. Sympatheticum. ℞ Ol. Rofar. Æ, ā ℥ i. ol. Lini ʒ. ij. Axung. humanæ, Ufneæ cranii hominis interempti pulv ā ℥ ij. Mumiæ, Sanguin. human ā ℥ ß. f. Ung. f. a. *Unguento hoc fanantur omnia vulnera, ungendo telum, quo vulnus inflictum fuit quotidie femel,*

vulnus ſit magnum; alioquin ſecundo vel tertio quoque die inunxiſſe ſufficit. Telum ſervetur in linteolo mundo, & loco non nimis calido, nè damnum inferatur Patienti.

* *Unguent. Virilitatis.* ℞ Anaphrodisiacum mel. ⊙ nuc. m. per expreſ. ā ℥. ß. pyreth. piper. n. cubeb. ā ℈. ß. zibet. ℈. i. moſch. ℈. ß. Balſ. Peruvian. ʒ. i. m. ſ. a.

Vomitorium Alumines. V. *Serum Aluminatum.*

Uvæ paſſæ & Corinth. purgantes. V. *Paſſulæ laxat.*

Finis Pharmacopœæ Bateanæ.



ARCANA GODDARDIANA,

EX AUTOGRAPHO AUTORIS JONATHANIS

GODDARDI,

M. D.

CELEBERRIMI COLLEGII Medicorum LONDINENSIUM nuper Socii, atque in Collegio Greshamensi Medicinæ Prælectoris, desumpta.

Aqua Absinthii comp.

℞ CORT. extern rec.ᵗ limon. ℔. i. ß aurant. ℔ i. Summit. absi .tn, sicc. cort. VVinteran. ā ℔. ß. Flo. chamæmel ℥. iv. Cardamom.

min. in capsulis , caryoph. cubebar.. schœnanth. ā ʒ. i. cinnamom. nuc. m.. Sem. carui. ā ʒ. ij. Sp. Vini , cong. i. ß.. Aq. font. (vel Aq Absinth. 2 dâ ex aquâ fœcibus affus. ℞ lat.) cong. iv. ß Infund per 3. dies , & dein ℞ la.. in MB , ad siccitatem.

Aqua Alexiteria.

℞ Bacc. Junip. ℔. iij. zed. myrrh.. sem. angel. ā ʒ ix. Dictamn. Cret.. Rad. serpentar. Virg. ā ʒ. vi. croc ʒ i.. Sp. Vini , cong. ii. ß. Aq. Proalexit.. cong iv. ß. Infund. calidè per dies .. dein ℞ la in MB , ad siccitat. alexiter.. 2 dâ ex fæcibus cum aqua simp. & postea Aq. Alexiter. part. æq. ad.. misc.

Aqua Chamæmeli comp.

℞ Summit. Absinth. ʒ. viij. F.. chamæmel. N. M. ā ℔. i. Sp. v. cong.. i. Aq. simp. cong. vi. Infund. per di.. 3 , & ℞ la in MB ad siccitatem.

Aqua Cochleariæ comp.

℞ Cochlear. hort. modios iij. ve.. ℔. xxx Rad. raphan. rustic. in taleol.. ten. incis. ℔. vi. Aq. simp. cong. ii.. Infund calidè per hor. 24. & ℞ la a.. extract. cong. iij. Aquæ.

Aqua Cordialis.

℞ Cort. ext. rec. limon. ℥.iv. au-
ant. ℥ iij. cinnam. ℥.ij. nuc. m. ma-
is, calam. arom. coriand. ā ℥.i. cu-
eb. ʒ vi. caryoph. Sem. carui. carda-
nom. in capſulis, ā ℥ ß. croc. ʒ.j. Sp.
. ℔.vi. Aq. font. ℔.xij. Infund. ac
℞la. ſ. a.

Aqua Lenitiva.

℞ Ficuum, Rad. Alth. ā ℔. ij. glyc.
rid. Flor. ā ℔. i. Fl. ſambuc. ſicc. ℥.iij.
nfund. in Aq. font. cong v. & adde
tyrac. cal. ℥. iij. nuc. m. ℥. ij. Sem.
niſ. fœnic. d. a ℥. ß. in Sp. V. ℔. vi.
nfuſorum. Ol. Amygd. amar. ℥. vi.
Diger. & ℞ la in Alemb. ſ. a.

Aqua Pectoralis.

℞ Ficuum ℔ vi Rad. enul. glyc. ā.
b. iij. irid. Flor. ℔. i. ß. Sem. aniſ.
œnic. d. ā ℥. i. Sp V. cong. ii. ß. Aquæ
Propectoralis. (vel Aq. ſ. & poſtea
Aq. Propector. æq. part. admiſcend.)
ong. iv. ß. Infund. calidè per dies iij.
c de n ℞ la ad ſiccitatem.

Aqua Propectoralis.

℞ Botryos, tuſſilag. heder. terr. ā
b. vi. marrubii, puleg. hyſſop. roriſ-
nar. ā ℔. iij. Aq. ſ. cong. xij. Infund.

calidè per dies iij, & dein ℞ lentum in Alemb. ſ a.

Aqua Proalexiteria.

℞ Jugland. virid. ℔.xxxv, vel nº. 400 Rad. rec. Petaſit. ℔. xij. Imperator. ℔ iv. Valerian. Helen. Flor. rec. calendul. Herb. rec. ſcord. meliſ. centaur min. ā ℔. vi. abſinth. rutæ ā ℔. i.ß. Aq.ſimp. cong. xviij. Infund. calidè per dies iij & dein ℞ lentur in Alemb. cum roſtro ſpirali ad omnimodam virium extractionem' cavendo ab empyreumate.

Aq. cong. xij. minimùm, } Prodeant.
cong. xv. plurimùm, }

Balſam. magis-comp.

℞ Balſ. de Tolu, Capiv. myrrh. croc. nuc. m. a. ʒ. ij. maſtich. guajac. ammoniac. taccam. caran. ā ʒ. i. tereb. è Chio ℥. ß. ceræ flav. ℥. i. Ol. Hyper. ℥. vi Aq. Roſ. r. ℥. ix. Liquetur primò cera cum Ol. dein addantur Tinctur. & exhaletur Sp. Vini, tandem adde Aq. Roſ. quæ poſt refrigerationem, pertuſo foramine, liquefiat & in aliud vas commodum effundatur, & uſui ſervetur.

Balſam.

Balsam. minùs comp.

℞ Tereb. è Chio ℥ ij. Ol Hyper. ℥. iv. ceræ flav. ʒ. vi. Aq. Rof. r. ℥.vi. f. Balf. eodem modo quo fuperius.

Electuar Antepidemicum.

℞ Rad. contrayerv. ℥. iij. Valerian. Imperator. zedoar. ā. ℥ i ß. Sem angel. excort. dictamn. Cret. myrr. ā. ℥ i Rad. ferpentar. Virg ℥ ß. croc. ʒ iij. opii, ʒ. ij. (vel ut ℥ i. contineat gr. ij. opii,) Pulp Bacc. junip. vino Hifpan. extract. ℥.xij. Vin. Hifpan. q. f. ad folvend. myrrh & opium. Syr. Antepidemic. q. f. f Electuar.

Empl. de Minio comp.

℞ Minii ℔. ß ol. oliv. ℔. i. coq. ad nigred. continenter agitando, adde colophon. ℔. ß. Fit etiam cum Ol. Lini.

Empl. de Minio comp. aliud.

℞ Minii ℥. iij. ol. oliv. ℥. vi. coctis adde cinnabar. ℥. i. m.

Extract. Catarrhale.

Fit ex Tincturis ad Extr. Panchymag. conficiend. eadem proportione, commiftis, quibus addit. Tinct. Opii ea proportione, ut ʒ. ß. contin. Opii gr. i.

Extract. Hypnotic. seu Laudan.

℞ Opii, p x nuc. m. croc ā p. ij. castor. p. i. Extr. cum Sp. Vini, s. a.

Extract. Lenitivum.

℞ Aloës, Jalap. ā ℥. vi. rhabarb. senæ, ā ℥. xij. extrah Tinctur cum Sp. V rectif. quibus admisceantur centaur. min gentian absinth myrrh. fl. Chamæm. ammoniac. nuc m. croc. ā. ℥ ij castor. ℥ i asæ fœtid ℥. ß Extrah. ad debit. extracti consistentiam.

Extract. Panchymagogum.

℞ Aloës, Jalap. ā ℥ vi rhab. senæ, ā. ℥. xij. Scammon ℥. i. helleb n. turpeth ā ℥. iij extrah Tinctur. cum Sp. V rectif. quibus adde gentian. centaur. min absinth. myrrh. fl. chamæmel ammoniac. nuc. m croci, ā ℥. iij. castor ℥. i. ß asæ fœtid. ʒ. vi. Extrah. ad debit consist. s a.

Infusio Aperiens.

℞ Fl. sambuc. Summit. genist ā p. iij centaur. min. p. ij. Summit absinth. vulg. fl. chamæmel. ā p. i. Aq. Puleg. Hyssop. Menth. Raphan. comp. ā ℥. iv Infund. calidè per hor. iij. colat. adde Tinct. croci ℥. ß. Syr. du succo

Aurant ℥ i.ß.m. *Dos.coch. vi. bis in die.*

Julap. Aperiens minùs comp.

℞. Aq. Cinnam. Absinth. magis comp. Cochlear. comp. Syr. de Ammoniac. ā. ℔ i.ß Aq. Amygd. amar. ℔ x. m. & addit. Sal. Martis ʒ vi. in Aq. Flor. Sambuc triplo pondere solut. per residentiam clarificetur.

Julap. Aperiens magis comp.

Superioribus addantur Absinth. fl. chamæm. ā ʒ. x. nuc. m. croc. ā. ʒ. vi. castor. ℥ ß.

Laudan V. Extr. Hypnoticum.

Laudan liquid. V. Tinctur. Opii.

Spiritus Simplices.V. Aq. ♃ *ata cum Sp Vini.*

Spir. Salis Armoniaci.

℞ Solutionis Sal. Armon. Solutionis Tart. cum Nitro calcinat a p. æ. in Aq. Simp misceantur. & distillentur in MB. in vasis vitreis vel stanneis.

Spir. Raphan. comp.

℞ Sal. Armon Tart. cum nitro calcinat. ā p æ solvantur in Aq. Absinth. comp. sine Sp. V. distillat & Aq. Cochlear. comp ā p. æ misceantur solutiones & distillentur in B M in vas. vitreis vel stanneis.

Syrup. Antepidemicus.

℞ Rad. rec Petaſit. ℔ i. Fol. rec. Scord ℥ vi. Rutæ ℥. ij. Infund. per triduum in Succ. Jugland. virid. ℔. iv. adhibito leni calore : colat. per reſident. claræ adde Sacch. albiſ. pondus duplum. F ſyrup.

Syrup. Guajaci comp.

℞ Guajac. ℥ iv. nuc. m ℥. ß. ſaſſafr. ʒ. ij. Sacc. alb. ℔. iv. in Aq Guajac. ℔. ij ſolut. coq. leniter ad deſpumationem.

Syr. Hypnotic. Pectoralis.

℞ Sacch alb. ℔. iv. Aq. Fl. Aurant. xvi Aq. Roſ. Dam. ℥. viij liquentur in Syrup. cui adde nuc. m. croc. ā ʒ ij. Laudan liquid. q. s. ut Syrupi ℥. i. opii. puri gr. i. contineat. Miſceantur & coq leniter ad deſpumationem. *Aliter*, cum Aq. Fl. Sambuci & Roſ. Dam ā. ℔. i addit caſtor ʒ. i.

Syr. Martis.

℞ Sal. Martis (in Aq. Amygd. amar ℥. iij ſolut) ℥ i. adde Syr. Fl. Sambuc. ℔. vi. Miſceantur, adde gum ammoniac ʒ vi Summit ab-ſinth. Fl chæmæm. cinnam. nuc. m. croc ā ʒ. iij caſtor. ʒ i. ß. coq. leniter ad deſpumationem.

Syr. Pectoralis Balſamicus.

R Myrrh benz ſtyrac. taccamah. maſtich. ammoniac. tereb. è Chio, olib gum elem Balſ de Tolu, Capiv. ā ℥ ij. cr c. ℥ ß. glyc. ʒ. v i. Aq. Pector. ℔. iv Sacch. albiſ. ℔. viij. Quibus in Aq. ſolutis addantur reliqua, permiſceantur, & coq. leniter ad deſpumationem.

Syr. Hypnotic. Balſami us.

Fit cum additione Laudan liq ea quant. ut Syrupi prædict. ℥ i. contineat Opii gr i.

Syr. Terebinthinæ comp.

℞ Tereb. ℥. xiij. maſtic ℥ i. nuc. m. ℥. ß. Sir. Roſat. ℔ vi m. & coq. leniter ad deſpumationem.

Tinctu a Amara comp.

℞ Centaur. min ℥ v gentian. ℥. iv. Fl chamæm. ℥ iij. abſinth ℥. ij. extrah. cum Spiritu Vini.

Tinctura Cordialis.

Paratur ex Aq. Cordiali ſucco granor. Kermes ſaturè impræagnatâ.

Tinctura Opii, ſeu Laudan. liq.

℞ Nuc. m. croc. ā p ij. caſtor. p. i Sp. V. q s. diſtillentur. Spiritus tenuior ſufficit, ideóque poſſunt duæ vel tres

partes Aq.ſ.ad unã Spiritus pro menſtruo addi. Spts qui imprægnetur opio in eo ſoluto, ut ſaturè fieri poteſt.

Unguent. Hæmorrhoidale.

℞ Ol Roſ. ℥. i. ß Emp. de Minio ℥. i. ceræ alb. ℥. ß. liquatis adde Æthiop. mineral. ʒ ij. opii, ℥. ß croc. nuc. m. Fl. chamæmel ã ʒ. i. Syr Roſat. ℥. i. Leni calore exhaletur humiditas, & miſce ſ. a.

Aquæ Deſtillatæ Simplices.

Aq. Amygal. amar.
Bellid. major.
Euphragiæ.
Pæon. ex toto.
Papav. errat.
Aq. Pulmonar. Querc.
Roſar. Dam.
Roſar. rubr.
Sambuc. Flor.

Aquæ diſtillatæ cum Sptu Vini, ſeu Spir. Simplices.

Aq. Aniſi.
Aſæ fœtidæ.
Aurant. cort.

Cinnamomi.
Fœnnic. dulc.
Guajaci.
Junip. Bacc.
Lavend. Flor.
Limon. Cort.
Aq. Menthæ.
Nucis moſch.
Opii.
Papav. errat.
Papav. alb.
Papav. nigr.
Rutæ
Saſſafras.
Succini.

Tincturæ cum Spirit. propriis, vel Sptu Vini paratæ.

Tinct. Abſinthii.
Amara ſimp. i. Abſinthii.
Ambræ griſeæ.
Ammoniaci.
Angelic. Sem.
Antemetica. i. Menthæ.
Antepileptica. i. Lavend. Flor.
Anticolica. i. Junip. Bacc.
Anti-hydropica. i. Jalapii.
Antimelancholica. i. Ellebor. utriuſque.

Antiſcorbutica. i. Winterani.
Aſæ fœtidæ.
Aurant. cortic.
Balſam. Capivii.
Balſam. Tolutani.
Benzoïni.
Tinct. Calefaciens. i. Caryophyllor.
Calida major. i. Cardamomi.
Calida minor. i. Cubebarum.
Carannæ.
Cardamomi.
Cardiaca. i. Croci.
Cardiaca reſtring. i. Cinnamomi.
Caryophyllorum.
Caſtorei.
Cephalica. i. Salviæ.
Cephalic. Cordial. i. Nucis moſchatæ.
Chamæmeli Flor.
Chinæ.
Cinnamomi.
Cœleſtis, i. Angelic. Sem.
Contra Iliacam i. Chamemæl. Flor.
Contrayerva.
Cordial. Antepidem. i. Contrayerva.

Corroborans. i. Limon. cort.
Croci.
Cubebarum.
Ellebori utriusque.
Exonerans i Scammon.
Febrifuga i. Schœnanthi.
Galbani.
Gambogiæ.
Glycyrrhizæ.
Gratissima. i. Thymi citrini.
Tinct. Guajaci.
Hypnotica. i. Opii.
Jalapii.
Juniperi Bacc.
Lavendul. Flor.
Limon. cort.
Mastiches.
Menthæ.
Moschi.
Myrrhæ.
Nucis moschatæ.
Nutritiva. i Chinæ.
Olibani.
Opii.
Papav. errat.
Pectoralis. i. Glycyrrhizæ.
Peruviana.
Quartanaria. i. Peruviana.

Rhab Absinthit. fit cum Aq.
Abs. comp.
Rubra i. Papav. errat.
Rutæ.
Salviæ.
Sal Absinthit. fit cum Aq.
Abs comp.
Scammonii.
Schœnanthi.
Senæ Absinthit. extrah. cum
Aq Abs comp.
Serpentar. Virgin.
Stomach. Cordial. i. Aurant.
cort.
Tinct. Styracis.
Succini.
Sudorifica. i. Serpentar. Virg.
Sudorif. min i Valerianæ.
Taccamahaccæ.
Terebinth. è Chio.
Thymi citrini.
Valerianæ.
Winterani.

Syrupi Simplices,
Quorum alii ex Tincturis parantur, alii ex Aquis distillatis, cum Saccharo, s.a.

Syr. Ammoniaci.
Anti-hydropicus i. Jalapii.
Asæ Fœtidæ
Aurant. ex Aq. Flor. p.i.Sacch. opt. p. ij.
Balsamic. min. i. Capivii, vel de Tolu.
Benzoini.
Capivii.
Carannæ.
Contemperans. i. Mastiches.
Exonerans. i. Scammonii.
Fœtidus. i. Asæ fœtidæ.

Syr. Galbani.
Hystericus. i. Galbani.
Jalapii.
Jovis, i Ammoniaci.
Mastiches.
Myrrhæ.
Olibani.
Odorat.min. i. Benz. & Styracis.
Pectoral. simp. fit ex Aq. Pector. Flor.
Sambuc. Ros. Dam. & Saccharo s. a.
Rosar.Dam.ex Aq.dlat. } p.i. Sac.
Rosar.rub ex Aq. dlat. } opt.p.ij.
Ros. odorat. fit, addendo mosch. & Ambr. gris.

Sambuc. Flor. ex, Aq. dlat. p.
Sacch. opt. p. ij.
Sapientum. i. Myrrhæ.
Scammonii.
Styracis,
ad Tussim. i. Olibani.
Uterinus. i. Carannæ.

FINIS.

ORTHO



ORTHOTONIA MEDICORUM OBSERVATA IN QUIBUSDAM DICTIONIBUS, APUD PHARMACOPOEOS PLEROSQUE

(*Vel ex ignorantiâ, vel merâ consuetudine malè pronunciari solitis.*

Carmina quæ interseruntur excerpta sunt è *Borrichio* & *Ricciolio*, quos videas citantes hâc in re Authores approbatos.

A.

Abbātis Diarrhŏdon.
Abiĕtis lignum.
Achillēa herb.
Aconītum.
Adonis flos.

T

Ælurŏpus. herb.
Æthiŏpis. herb.
Alabaſtrinum ung.
Alectorolŏphus.
Alcĕa. herb
Alcŏhol Vini.
Aloephangĭnæ Pil.
Alўpum. herb.
Amarăcus herb.
Ambărum.
Amomi Sem.
Amygdalinum ol.
Anacardina nux.
Anagȳris. herb.
Anătis. axungia.
Androsăce. herb.
Anemone. herb.
Anethĭnum oleum.
Anīme gum.

Anodynum Ung.
Anthera Roſarum
Anthŏra Radix.
Antirrhīnum. herb.
Apozĕma ---εμα.
Apozўnum. herb.
Arbŭtus.
Ardĕa. Avis.
Arĕgon. ung ηγόνι
Ariſarum. herb.
Ariſtolochia.
Armĕnia Bolus.
Armeniaca mala.
Asbeſtĭnum linum
Aſpalăthum lignum
Aſphodĕlus herb.
Athanaſīa herb.
Attăgen, avis.

Nomina *ad Abbatem* Siculum tranſmittit, & ille
Solus *Achillĕo* tollere more poteſt.
Semper *Adoni*, mei ———
Æthiopum populus nigrum traxiſſe colorem.
Agaricūmque aſarúmque potens, aloë: *Aconītum.*

Τῶν ἄλλων ὄινων μετ' ἀμόμενα χῖον ἄλυπον.

daliæ locos ubi mollis *Amaracus* illum

O Dea, & *Ambareos* mundus respirat odores.

Pinguescat nimio madidus mihi crinis *Amomo.*

Fertur *Amygdalinæ* succus nucis esse bibendus.

Per cæcas latebras *Anagyris* mittit, & acri

Latipedémque *Anatem* cernens excedere ponto.

——Vasorum, super hæc Anemone.

Dulce satis humor, depulsis *Arbutus* hœdis.

Urbis & ipsa suis deplangitur *Ardea* pennis.

Herba puerperii vel *Aristolochia* secatur.

Daphnis & *Armenias* curru subjungere tigres.

Aspalathum, gallum, elleborum, nigrumque bitumen.

Radix *Asphodeli* calefactat——

Non *Attagen* Ionicus. *Iambic.*

B.

Bacchăris herb.	Benzoïnum.
Balanĭum ol.	Bombācis ſem.
Balſaminĕ herb.	*Bombacīna* lana.
Barbarēa. herb.	*Buniăs—ădis.* Rad.
Bardāna.	*Byſsĭnum* linum.

Errantes hederas paſſim cum *Bacchare* tellus.

Balſamines folium committit glutine vulnus.

Nunc furtiva lucri fieri *Bombycina* poſſunt.

Bunias & rapum decorantur viribus iiſdem.

Τοσὸν κ̀ γλυκερῆς σπέρματα Βυνιάδος.

Vina, unguenta, leves tunicas, & *Byſſina* Vela.

C.

Camphŏra. καμφορά.	*Carbasĭnum* linum.
Cancămum gum.	Cardamīne. herb.
Cannabĭnum oleum	Carlīna. herb.
Canthări, inſecta.	Caryīnum oleum.
Caphūra. καφουρά.	*Caryocoſtĭnum.*
Capparĭnum oleū.	*Caſtor—ŏris.*
Capreŏlus, animal.	Cathĕter. στυρ inſtrū

Caucălis, herb.
Centaurīum herb.
Calcītis. χαλκῖτις.
Chamæmelĭnū ol.
Chamæmŏrus.
Chamæpĭtys.
Chebūlæ myrob.
Cheirĭnum oleum.
Cholagōga potio.
Chrysolĭthus.
Chrysoprăsus, lapis.
Chrysomelĭnū ol.
Cinăræ radix.
Cinnabăris.
Citrĭna cera.
Clemătis daphnoī-des.
Clystēres—ῆρες.
Coccĭna vestis.
Colchĭcum, herb.
Colcōthar.
Colutēa, τέα. herb.
Corallĭna.
Corallĭnum Arcanum.
Coronŏpus, Rad.
Costĭnum oleum.
Cotylēdon. herb.
Cratæogŏnon-γονον
Crocĭnum oleum.
Crystallĭnū sacchar.
Cumĭnum. Cymīnum.
Curcūma. κέρκυμα.
Cuscūta. Cassūtha.
Cyani. flores.
Cyclamen——-īnis. Rad.
Cynorrhŏdi cons.
Cynosbăti cons.
Cypĕri Rad.
Cyprīnus lapis.
Cytĭni flores.

Cannabinas nutrit sylvas, quam commodo nostro.
Carbasĭnum, ac spatiis geminata monilia colli.
Castoreas siliquas bis sex perquirere cura.

Κωχαλίδας, σὺν δ' αἰδὰ βάλοις φιμωδέι
μύρτα.
Abrotanique graves & triſtia *Centaurii*
Cadmia, *Chalciti*, chalcantho, chalco
& aduſto.
Ardua *Morus* erat gelido contermina
fonti.
Artemidiſque *Chamæpityóſque*, atque
achrados herbæ,
Per juga *Chryſolithi*, poſitæque ex or-
dine gemmæ.
Chryſophraſo, & ſidus ſaxis ſtellanti-
bus addit.
Hiſpida ponatur *Cinăra*, & quæ dul-
cis Jaccho.
Ἄλλοτε κλημάτιδας ἐν ὄξει ξύπλεο τέρψω.
Coccina famoſæ donas, & Janthina
Mœchæ.
Et poſuere inter virgulta *Corallina* cip-
pos.
Porrò *Coronopodis* radix aſtringit &
aret.
Friget & abſtergit *Cotiledon* atque re-
ſolvit.
Et *Crocino* nares myrrhinus ungat
onyx.
Sic Aretinæ violant *Chryſtallina* teſtæ.
Ordine ſub primo *Cuſcuta* caleſcit &
aret.

Transſeat inſtabiles ſtrenua *Cyaneas.*

Cyperum, ladanum, ſagapenúmque & tragacanthum.

D.

Daphnīnum ōleū.	Diarrhŏdō Abbātis
Diacrocūma.	Dioſpy̆ros. herb.
Dianŭcum.	*Diphry̆ges.*
Diaphœnīcum.	*Dropax_ăcis.*
Diaphorēſis. *ησις.*	Dryoptĕris. *ειs.*

Corpore de patrio parvum *Phœnica* renaſci.

At *Diphryges* valde deſiccat——

Pſilothro faciemque lavas ; & *Dropace* calvam.

E.

Ebĕnum lignum.	Eranthĕmum *θεμον*
Empyēma. *ημα.*	*Erīca. herb.*
Enĕma *εμα*	*Errhīnum.*
Epilīnum herb.	Erythrodănum.
Epūlis. *ἐπουλίς*	Exoſtōſis *ωσις.*

Fert *Ebenum* : Solis eſt thurea virga Sabæis.

Calfacit & ſiccat, ſeu clamat amaror, *Erica.*

Ἀμβροσίην ὑπὸ ῥῖνα ἑκάστῳ θῆκε φέρουσα.

F.

Faginus.
Febrifuga potio.
Figulinum Vas.
Formica.

Post vario niteus sub pondere *Faginus* *axis*.
Parvula nam exemplo est magni *Formica* laboris

G.

Gagates.
Glaucinus color.
Glottides, aves.
Gratiola. herb.

Nascitur in Lycia lapis, & propè gemma *Gagates*
Pallida donabis, *Glaucina*, Cosme. tibi.

H.

Halimus. herb.
Hedychri Troch.
Hedysarum herb.
Heliochryso. herb.
Helleborine. herb.
Herba Paridis.
Hierobotane. herb.
Hippolithus lapis.
Hippopotami dens.
Hippuris. ἱππουρις.
Horminum.
Hydragogus. ωγός.
Hypeconum. herb.
Hypericum.

Μάγμα7Θ Ἡδυχρόυ ἐϖσὸν ἐφελκομένον.

Horminum ſiccat mediocriter atque calefcit.

Ουρείων Υπέρεικον, ὀδ' ὑσσώπυ ὀρογάμνυς.

I.

Jacĕa herb.	Irīnum oleum.
Janthĭnus color.	*Isātis* herb.
Jaſmĭnum oleum.	Jujūbæ.
Illecĕbra, herb.	Jujubĭnus Syr.
Intŭbus Intŭbum.	Juniperĭnum ol.

Coccina famoſæ donas & *Janthina* mœchæ.

Illecebris erat, & gratâ novitate morandus.

Intuba, jam teneris frondens lactucula fabris.

Nectit *Iſatis* agrum, vel florca regna Priapi.

L.

Labdănnum.Lad nũ	Lentiſcĭnum lign.
Lagōpus. herb.	*Leucoium.*
Lampsăna herb.	*Leucoĭnum. ol.*
Lapis Armĕnus.	Leucogrăphis.herb
Lapis Lazūli.	Libanŏtis. ωτίς.
Lathўris. herb.	*Lithanthrăces.*
Laurīnum Ung.	*Lumbrīci.*

Cyperum, *Ladanum*, sagapenumque & tragacanthum.

Si mens auritâ pendet *Lagopede* Flaccus.

Aut herba succum, *Lathyris* quæ nomine fertur.

Καὶ ῥόδον, ἠδ' ἴα λεπτὸν ἀεὶ σπερμοῖον ἀέξει.

—— *Διθ' ἄνθρακας αἰθομένοις.*

Lumbrici quoque terrestres miscentur: olivo.

M.

Macropĭper. | Melōnum sem.
Malabăthrum. | Melopĕpo. πέπον.
Marrágon. herb. | Melopepŏnis sem.
Mastiche. | Miclĕta. ἴδ.
Mastichĭna Pil. | Mumĭa.
Melĭa terra. | Myosŏtis. ωτίς.
Melicrátum. | Myrrhĭnum ol.
Melinum oleum. | Myrtĭnum ol.

Mastichis addentur fractæ jam mollia farra.

Rugarum sulcos lentisci *Mastiche* tendens.

N.

Narcissinum ol. | Nardinum oleum.

Nenūphar.

Nenupharīnum ol

Nepĕta herb.

Nervīnum Ung.

Sive apio *Nepetas* tereti cum Maſtiche junges.

O.

Ocy̆mum , ocĭmum.

Oesy̆pus.

Omphacĭnum ol.

Onobry̆chis, herb.

Opălus, lapis.

Ophioſcorodon. herb.

Ophthalmĭa, morb

Ornithogălon. herb

Opopănax-acis.

Origănum.

Osy̆ris herb.

Oxălis-idis.

Oxycratum.

Oxyrrhodĭnum.

Ocyma præterea , bulbíve linuntur amari.

Oeſypa quid redolent , quamvis mittantur Athenis.

Βεβρύχως , κόνι⊙ —— ——

Expirant autem *Panaces*, abſinthia terra.

Cumque hoc abſumi debebit *Origanus* herba.

Siſtraque erant , nunquámque ſatis quæſitus *Osyris*.

Ἄσκληον, Ὀξαλίδας τε καὶ ὁρμενόεντα λύκαψον.

P.

Pampĭni folia.
Papaverĭnum ol.
Parūlis morb. ουλις.
Peponis Sem. ονΘ.
Per icis Fel.
Periclymĕnū. herb
Periploca herb οκα
Petrosēlīnum.
Pucedănum.
Phellodrys. όδρυς.
Philānthrōpus. ωπΘ
Phyllītis. herb.
Platanus, arbor.
Piperĭnum ol.
Polygăla. herb.
Polygonătum.
Polygŏnum. herb
Polytrĭchum.
Pompholyx-y̆goss
Potamogiton είτων
Prasinus color.
Priapus.
Propolis—εΘ.
Psilōthrum.
Ptisăna.
Pylōrus. πυλορός.
Pyrĕthrum. εθρον.

Heu malè tum mites defendat *Pampi-nus* uvas:
Lepra elephantiasis, cancer, gangræna *Parulis.*
Seu fel *Perdicis* parili cum pondere mellis.
φύλλα τε κισσήεντα Περικλυμένοιο φέρουσα.
Peucedanumque, sonat flammis, Ery-cinaque thapsos
Jamque ministrantem *Platanum* potan-tibus umbram.

Ἤλαστ

"λασε τῦ δ' αὐτο͂ λῦ͂το γοῦνατα; καὶ φίλον ἦτορ.

Hellespontiaci servet tutela *Priapi*.

Psilothro nitet aut acidâ nitet oblita cretâ.

rumentum, milium, *Ptisanamque* fabámque solebas.

R.

aphănus.	*Ricīnus. com.*
esīna.	*Rubrīca. ochra.*

emine vel *Raphani* permisto dulcia melle.

Resinā Veneto nec resecare luto.

anguine seu *Ricini*, quem bos gestaverit ante.

alfacit & siccat bina sub classe *Ricinus*.

xcepto siquid Masuri *Rubrica* notavit.

S.

mbucĭnus Syr.	Santalĭnum cerat.
mpsŭchum.	Sapphirīna Aqua.
mpsuchīnum ol.	Sardŏnyx. ὄνυξ.
ndarăcha.	*Saxifrăga.*
ndy̆cis emp.	*Scariŏla.*
ngui.ūgæ.	Schœnoprăson.

Securidăca. herb.
Scordīum.
Serapĭnum gum.
Sesamĭnum ol.
Se.am um.
Sinapĭnum oleum.
Sisări Radix.
Smilax-ăcis.
Sophĭa Chirurgorum.
Storax ăcis.
Strobīlus.
Strobilĭna resina.
Styracis Pil.
Styracĭnum ol.
Sycomōrus arbor.

Nataque jam veniant hilari Samp-
sūcha canopo.

Galbana, *Sandaracham*, Sampsuchum,
Interdum Libico fucantur *Sandyce*
pennæ.

Marte satos scires, timor absuit, ubera
Sugunt.

Cunctæ *Saxifragæ* desiccant atque ca-
lescunt.

Σκόρδιον, καὶ κεῖνον ὀπὸν μισγηνο θυώδη.

Sesamon at leviter calet: occluditque
meatus.

Ductor cujus erat præfectus *Sisara* tur-
mis.

Et crocon in parvos versum cum
Smilace flores.

Cum tibi sit *Sophiæ* par fama & cura
Deorum.

Aut *Styracem* torres, aut diri vulturis
alam.

Non *Storace* Idæo flagrantes picta capillos.

T.

Taraxăcum.	*Tribŭlus* aquat.
Tetănus morb.	Trichomănes.
Talaſsĭna veſtis.	Tripŏlis. τρίπολις.
Tragopōgon. ώγων.	Tryphĕra.---ερά.

Hinc tuſſis, ſpaſmus, *Tetanus*, dyſpnœa; catarrhus.

Auro includuntur, teriturque *Thalaſſina* veſtis.

Semina jacta legunt, lolium, *Tribulusq;* fatigant.

V.

Vagāna.	Umbilīcus.
Venĕtus ſapo.	*Vomica morb.*
Vernix--īcis.	Urăchus.
Veronica.	Ureter- ēris.
Vesica.	Urēthra.---ηθρα.
Vicia.	Uſnĕa.

Vagina tectus, quem cur diſtringere coner.

De praſino conviva meus, *Venetoque* loquetur.

Calfacit & ſiccat *Veronīca*, fugatque tumores.

Nam, diſploſa ſonat quantum *Veſica* pepedi.

Aut tenues fœtus *Viciæ*, triſteſque lupini.

Et phthiſis, & *Vomicæ* putres, dimidium crus.

Z.

Zeopy̆rum.	*Zizy̆pha.* Jujūbæ.
Zibēthum.	*Zythogăla.*

Πυρὸν ἐρεπτομένυς παρὰ πύελον ἧχι πάρ☉ π

Ἦν δ' ἐπιθρομβωθῆ νεαλὲς Γάλα τεύχ

γαςρός.

Non fuerit hìc forſan ſupervacaneum Regulis duabus generalibus, quamplurimis, in pronunciandis dictionibus difficultatibus mederi.

Regula prima generalis.

Adjectiva in *inus* à rebus animatis ſenſitivis deducta; item, Nomina Cognationum; item, propria & Gentilia penultimam producant: ut, Caro *asinīna*; pinguedo *anatīna*; ſtercus *equi*

num ; *Syr. Byzantīnus*; ſena *Alexandrīna* ; manna *Calabrīna* . &c.

Regula ſecunda generalis.

Adjectiva in *inus* à Rebus non animatis, (viz) à plantis, lapidibus, aliiſque materialibus, qualia ſunt permulta à Græcis vocibus formata:) item, Adjectiva ab Adverbiis temporalibus, aut Subſtantivis quatuor Anni tempora notantibus, derivata, penultimam corripiunt: ut, *Acanthĭnus*, *maracĭnus*, *cedrĭnus*, *cypreſsĭnus*, *faginus*, *glaucĭnus*, *adamantĭnus*, *amethyſtinus*, *hyacinthĭnus*, *diutĭnus*, *craſtĭnus*, *perendĭnus*, *hornotĭnus*, *rotĭnus*, *earinus*, *therĭnus*, *oporĭnus*, *chimerinus*, &c. Matutīnus autem & veſpertīnus, quia à nominibus Matutâ & Veſpero flectuntur, penultimam habent longam.

FINIS.



TABULA POSOLOGICA

Dosibus Pharmacorum quorundam

(Quæ in *Pharmacop. Lond. novis. Edit.* oc-
currunt) expeditiùs computandis
accommodata.

*In nonnullis ad amussim usque, in ali-
quàm proximè Ingredientium purgan-
tium, &c. calculantur Quantitates.*

Continentur in

Arom. Caryophyl. lat. ℈. iv.	Ambr. gris. gr. 4. Moschi gr. i.
Arom. Rosat. ʒ i. gr. xij.	Ambr. gris. gr. Moschi, gr. ß.
Bened. Laxat. Spec. ℈. ij. gr. vij.	Diagrydii, Esulæ, Hermod ã gr. x Turpeth. ℈. ß.

Continentur in

Caryocostini ℥.ß.	Diagrydii. Hermod.ā. gr.xv.
Catholici ʒ.vij.	Pulv. Senæ, ℈.i. Polypod. Rhab. ā. ℈.i.ß.
Confect. Hamech. ℥.i.	Diagryd.gr.v.ii.ß pulv. Senæ, Agar. ā. ℈.i. Epithym. ℈.ß. Colocynth. in decocto gr. xv.
Confect. Alkerm. ʒ.ij ℈.ij.	Ambr. gris. Margarit. ā. gr.i.
Conf. de Hyacinth. Spec. ʒ.xi.	Amb r. gris. Moschi, ā. gr.i.
Decoct. Epithymi, ℥.4.	Epithym. Senæ ā ℈.iv. Helleb. n. gr. xv. Turpeth. Myrob. chebul. Indar. ā. ℈ ij. Agaric. gr v. polypod. ʒ.i.

Continentur in	
Decoct. Senæ Gereon. ℥.iij.	Senæ, ʒ ij. polypod. ʒ.ß.
Diacarthami ℥.i.	Diagrydii gr. ix. Turpeth.gr.xviij. Carthami, Hermodact. ā gr. xij.
Diacodii ʒ.ix. *Diachil. Ireat.* ℥.iß	Cap. pap. ʒ iii.ß. in Decocto. pulv. Irid. Florent. ʒ i.
Diacinnam. Spec. ʒ.i.ß.	Moſchi. gr. i.
Diaprum ſolut. ʒ vi.ß.	Scammon ℈.i.
Diaphœnic. ℥ ß.gr. xiv.	Diagryd gr xij. Turpeth g .xxxij.
Diarrhod. Abbat. ʒ.iij. ℈ i.	Sem frig. maj ℈.ß Moſchi gr ß.
Diaſatyr. ʒ.x.	Moſchi gr. i. Ambr. griſ. gr. ß.

Continentur in

Diascordii ʒ.v. gr. xij.	Opii gr. i.
Diaturb. cum Rh ℈. ij. gr. xvij.	Hermodact. Turpeth. ã. gr. xij. Diagryd. gr. vi. Rhabarb. gr. xv.
Elect. Amar. major. ℥.i.	Aloës ℈.ij. Turpeth. Rhabarb. ã gr. xv.
Elect. Amar. min. ʒ.v.ß.	Epithym. gr. v. Aloës ʒ i.
Elect. è Citro solut ʒ.iij.	Diagryd. gr. vi. Turpeth gr. v. ii. ß Senæ, gr. ix.
Elect. Lenitiv ℥.i.	pulv. Senæ, ʒ.i. polypod. & Sen. in decoct. ã. ℈.i.
Elect. è Sassafras ℥ i.	Ambr. gris. gr.i. Mosch. gr. 1/12.

Continentur in	
Elect. è Sucso Rosar. ʒ iii.ß.	Diagrydii gr. xij
Empl.Barb. magn. ℥.i.ß.	Opii, gr. i.
Emp.Cephalic.fort ℥.i.	Piper. nigr. Euphorb. Pyrethi, ã.gr. vi
Emp. Diachalit. ʒ.vii.ß. *Emp. Epispastic.* ʒ.iij.	Vitriol. ust. ℈.i. Cantharid. ℈.ij.
Emp.Hysteric ℥ ij ʒ i ß.	Gall. Moschat. Alip. Moschat. ã gr i. Moschi, gr. ß.
Emp.Oxycroc ℥ iii.	Cróci, ℈.i
Emp.de Ranis, ℥. i.	Hydrargyri ʒ. ß.
Hier. Diacolocynth Spec. ʒ.i.	Colocynth. Agaric ã gr. vi.
	Colocynth. Opopanac. Sag pen.

	Continentur in
ier. Logadii, sc. Elect. ʒ vij.	polypod. ã.℈.i. Diagryd. Agaric ã.℈.ß. Helleb. alb. & n. ã.gr. i. Sem. Thymel. Euphorb. ã gr.vi. Aloës opt. gr. v.
ithridatii ʒ.iv. ℈ ij.	Opii gr. i.
oschelai ℥.i.	Moschi gr. i.
hilon. Magistral ℈ ß.	Opii gr.iv. vel v.
hilon. Roman. ʒ i.ß.	Opii gr. ii ß. Sem. Hyoscyam. gr. v.
hilon. Persic. ℈ iv.	Opii gr.ii ß. Sem. Hyoscyam. gr. v.
il. de Agarico ʒ.i	Colocynth. gr.4 Turpeth. gr.x. Agaric. gr. vi. Hier. picr. gr. viij.

Continentur in

Pil. Aggretativ. ℥.i	Diagryd. gr. v. Colocynth. Agaric. ā.gr. ij. Turpeth. Aloës, ā gr. vi.
Pil. Aureat. ℥ i.	Diagrydii, Aloës, ā ℈ ß. Colocynth. gr. ij.
Pil. coch. major. ℥ i.	Diagryd. gr. iv. ß. Turpeth. gr. ix. Colocynth. gr. vi ß.
Pil. coch. min. ℥ i.	Scammon. Colocynth. Aloës, ā. gr. xiij.
Pil. de Cynogloß. ℈. ß.	Sem. Hyoscyami, Opii, ā gr. i.
Pil. Diambræ ℈. i.	Ambr. gris. gr. i.
Pil. de Eupator. ℥. i.	Rhabarb. gr. vij. Aloës ℈. ß.

Pil.

Continentur in

Pil. Fœtidar. ℥. i.
- Colocynth.
- Opopanac.
- Sagapen.
- Epithym.
- Aloës, ā. gr. iv.
- Turpeth. gr. iii. ß.
- Scammon. gr. ii. ß.
- Esulæ Rad.
- Hermodact. ā gr. i ß.

Pil. de Gutta Gamand. ℥. i.
- Gutt. Gamandr. gr. ix.
- Scammon. gr. vi.
- Aloës, gr. xv.

Pil. de Hermodact. ℈. ij.
- Colocynth.
- Turpeth.
- Hermodact.
- Sagapen.
- Aloës, ā. gr. iij.
- Opopanac. gr. i ß
- Euphorb. gr. ß.

Pil. Hier. cum Agar. ℥. i.
- Aloës ℈. i.
- Agaric. gr. viij.

Continentur in

Pil. Imperial. ʒ.i.
- Agaric.
- Senæ, ā gr. v.
- Aloës ℈. ß.
- Rhabarb. gr. viij.

Pil. de Lap. Laz. ℈.ij. gr.v.
- Epithym.
- Agaric. ā.gr. iv.
- Lap. Lazul. gr ii.ß.
- Helleb. nigr.
- Scammon. ā gr. ii.

Pil. Mechoacana ʒ.i.
- Mechoacan. gr. viij.
- Turpeth. gr. vi.
- Esulæ gr. iij.
- Fol. Thymel.
- Sem. Ebuli.
- Agaric. ā. gr. iv.

Pil. de Opopan. ℈. iii.ß.
- Colocynth.
- Hermodact.
- Sagapen.
- Opopanac. ā gr. v.
- Turpeth. gr. iv.
- Scammon. gr. ij.
- Aloës, gr. xij.

Continentur in

Pil. sine Quibus ʒ. i	Scammon. gr. vi. Agaric. Rhabarb. Senæ, ã gr. iv. Aloes gr. xiv.
Pil. de Styrace gr. vi.	Opii, gr. i.
Pulv. Diasenæ ʒ. i. gr. vi.	Diagryd. gr. vi. Senæ, gr. xxiv.
Pulv. Haly ʒ. i	Sem. frigid. gr. vi.
Pulv. Senæ comp. maj. ʒ. i.	Senæ ʒ. ß.
Pulv. Sen. comp. min. ℈. ii. ß.	Senæ. gr. xxxij.
Pulv. VVarvicens. gr. 21.	Scammon. gr. xij.
Sacch. Perlat. ℥. i.	Margar. præp. ℈. i.
Sief de Plumbo ℈ iv ß	Opii, gr. i.
Sief de Thure ℈ iv.	Opii, gr. vi.

Continentur in

Spec cord. temperat. ℈.ii.ß.	Ambr. grif. Mosch. ā gr. Margarit. gr. xij.
Spec.Diamarg.frig ℈.ii.ß.	Sem. frig. maj.gr. viij. Pap.alb.gr.ij.
Spec.Diambra ʒ.i. gr.vij.	Ambr. grif. gr.iij. Moschi gr.i.
Spec. Diamosch.d. ℈.ii.ß.	Mosch. gr.i.
Spec. Diamosch. am. ℈.iii.ß.	Mosch. gr. i.
Spec.Diatrag.frig ℈.iiii.ß.	Sem.frigid.gr.viij. Papav.alb.gr.iij.
Spec.Diatri. Sant. ʒ i.gr.4.	Sem.frig.gr.xij.
Spec. Liberant. ʒ v.ß.	Ambr. gr. Mosch. ā gr. ß.
Syr.Cic.cum Rhab ʒ.vi.	Rhab. infus. ℈.i

Continentur in

Syr.de Epithym. ℥.i.	Epithym.℈.i Myrobal.ʒ.ij. Polypod. Agar. ã gr.vi.	Infus.
Syr. de Mecon. ʒ. ix.	Cap. pap.coct. ʒ. iij.ß.	
Syr. Papav. comp. ʒ.ix.	Cap. pap. coct. ʒ iii.	
Syr de Pomis magistr.℥.i.	Senæ, ʒ.i. Epithym.℈ i. Rhabarb. Agaric.ã gr.v	Coct.
Syr. de Pompis purg ʒ.vi.	Senæ infus.℈.i.	
Syr.de Rhab. ʒ.vi. ℈.ij.	Senæ infus. & Rhabarb.ã.gr.xxv	
Syr.Ros.cum Agar ʒ.vi.	Agaric.infus. ℈.i.	

Continentur in.	
Syr. Rof. cum Helleb. ℥.i.	Myrobal. ʒ. i. ℈. ii Senæ. Polypod. Epithym. ā ʒ. ß Rhabarb. ℈. ß. Helleb. n. gr. iii. ß
Syr. Rof. cum Sena, ʒ. vi.	Senæ, ʒ. i.
Theriac. Androm. ℈. iv.	Opii, gr. i.
Theriac Londin. ℥. i.	Opii, gr. i.
Troch. Alipt. Moschat. ʒ ii. ß.	Ambr. grif. gr. ii Moschi, gr. ß.
Troch. de Carabe ℈ i.	Opii, gr. i.
Troch. Gall. Moschat. ℈. ß.	Ambr. grif. gr. ii Moschi gr. ß.
Troch. de Lign. aloës, ℈. v.	Ambr. grif. gr. ii Moschi, gr. ß.
Troch. de Terra Lemn. ℈. ij.	Opii gr. ii.

	Continentur in
Troch. è Violis solut. ℈.ii.ß.	Scammon. gr. iv. Turpeth. gr. xxiv.
Trypher. maj. ʒ.vi.	Scor. ferri. Myrobal. ā ℈.i Moſchi gr.i.
Trypher. ſolut. ℥.ß.	Diagryd. ℈.ß. Turpeth. gr.xij.
Ung. alb. Camphorat. ʒ.vi.	Camphor. gr. vij.
Vag. Enulat. cum Merc. ℥ i.	Hydrargyr. ℈. ij.
Ung. Neopolitan. ℥.i	Hydrargyr. ʒ.i.
Ung. Tutia, ʒ.iij.	Lap. Tutiæ ℈.i. Lap. Calaminar. ℈.ß.

Cathar.



Catharticorum Simplicium Doses

In Subſtantia.

AGaricus. ℈.i. ʒ.i. ʒ ij.
Aloë. ℈ i. ʒ i. ʒ ij.
Bryon. Rad. ℈ i. ʒ ß. ʒ. i.
Carthamus. ʒ i ℥. ß ʒ vi.
Caſia fiſtula ℥. ß ℥ i. ℥ ij.
Cataputia minor. Bacc n° x. Fol. 4. 5.
Colocynthis gr. vi ℈ ß ℈. i.
Ebuli Sem. ℈ i ℈. ij ʒ. i.
Ebuli Succus. ℥ ß ʒ v. ʒ vi.
Ebuli cort. ʒ. i ʒ i ß. ʒ. ij.
Elaterium gr. 1. 2. 3
Epithymum. ʒ i. ʒ ij. ℥ ß.
Eſulæ cort gr. vi. xij. xv.
Euphorb. gr. iij. 6 12.
Frangul cort. intern. ʒ i. ʒ iß. ʒ. ij.
Gratiolæ Fol. ℈ i. ℈ ij. ʒ i
Gutta Gamandræ. ℈ ß ℈ i ʒ. ß.
Helleb. nigr. gr. xv. ℈. i. ℈. ij.

Hermodacty l. ℈.ij. ℈. iv. ʒ.ij
Jalapium ℈.i. ʒ.i. ℈ iv.
Ireos Succus ℥. ß. ℥ ij ℥.iij.
Lap. Armen. ʒ.ß. ʒ. i. ʒ.i.ß.
Lap. Lazuli. ʒ.ß. ʒ i. ʒ.i.ß.
Manna. ℥ i. ℥ ij. ℥. iij.
Mechoacana. ℈.ij ʒ.iß. ʒ.ij.
Mezerei Fol. cort. gr. vi. xij. xv.
Myrobalani. ʒ. ij. ʒ.vi. ℥. i.
Opopanax. ʒ.ß. ℈.ij. ʒ i.
Polypod. ʒ.ij. ʒ. vi. ℥.i.
Rhabarb. ʒ.i. ʒ iß. ʒ.ij.
Ricini nuclei. n° 4. 8. 12.
Rosar. Dam. Succus ℥.ß. ℥.iß. ℥.ij.
Sagapenum. ʒ.ß. ℈ ij. ʒ i.
Scammonium gr. vi. xij. ℈.i.
Sena ℈.ij. ʒ.iß. ʒ.ij.
Soldanella. ʒ.ß. ℈.ij. ʒ.i.
Spina Cervina. Baceæ, n° 30. 40. 50.
Succ. ʒ ij. ℥ ß. ʒ vi.
Tamarindi. ℥ i. ℥.ij. ℥ iij.
Turpethum, ℈.ij. ʒ.i. ℈.iv.

Hisce addi possunt

Aquæ Minerales ℔ iij ad ℔. viij.
Brassicæ jus ad ℔. i.
Crem. Tartari. ʒ.ij. ʒ.iij. ℥. ß.

Genistæ Flores. Succus. ℥ ß. ʒ.vi. ℥.i
Gum. Guajaci ʒ.i.℈.iv. ʒ.ij.
Lac ebutyratum. ℔.ij. ℔. iij.
Lac recens mulctum. ad ℔.i.
Mercurialis. Me coctum in brodio.
Ol. Sem. Lini. ℥. iij. iv. vi.
Persici Flores Succus. ℥ ß. ʒ.vi. ℥.i.
Pruna Damasc. macerata.n° 12. 16. 20
Pruni Sylv. Flores. Succus. ℥.ß.ad ℥.i
Sambuci turiones pulv. ʒ.i ʒ.ij.
Serum Lactis. ℔.ij. iij. iv.
Terebinth. Venet. ʒ.iij. ℥ ß. ʒ vi.
Violarum Succus. ℥.i. ℥ iß. ℥.ij.



INDEX



INDEX

Morborum, Curationum, &c.

A.

C.

Ele

I.

L.

M.

N.

S.

Clavis

Clavis ad paucula reseranda

IN PHARMACOP. BATEANA.

Album Canis ——*S*tercus album canis
Anaphromeli ——Mel ſpumæ expers.
Apyrothium —— *S*ulphur Vivum.
Chenocoprus ——*S*tercus Anſeris.
Cynocoprus ——*S*tercus canis.
Draconthæma ——*S*anguis draconis.
Hagioſpermus —*S*em *S*antonicum.
Hydrocrithe ——Aq. Hordei.
Hydropege ——Aq. Fontis.
Leptopityron ——Furfur macer.
Leucelectrum ——*S*uccinum album.
Leucœnus ——Vinum album.
Medulla Lactis —Butyrum.
Melanoſmegma —*S*apo niger.
Neogala ——Lac recens.
Oenogala ——Vini & Lactis, ā.p.æ.
Palætyrus ——Caſeus vetus.
Physalus —— Bufo.
Pyrœnus ——Alcohol vini.
*S*ulphur Cœleſte—Alcohol vini.
Xylagium —Lignum ſanctum
Zibach. vel Ziabach Mercurius.

FINIS.

APPENDIX

AD

Pharmacopœam Bateanam

Ex Autographo Eximii Authoris, nunc primùm desumpta.

LECTORI CANDIDO.



Electissima Remedia quæ tibi exhibent sequentes paginæ ex Autographo eximii Domini Doctoris Bates, cujus mihi copiam fecit (pro singulari quâ pollet morum suavitate & benefaciendi studio) illustrissima Domina Domina Iames Authoris nostri dignissima filia, diligenter selegi & publici juris feci. Quamvis enim hæc quæ restituo Præscripta duntaxat inter ægros curandos, rapìtìm exarata, & typis minimè destinata fuerunt, atque adèo minùs forsàn accurata cuipiam esse videantur; persuasissimus tamen sum, quòd nec Reipublicæ Medicæ inutilia, nec tanto Authore prorsùs indigna usu reperientur: proindéque iniquum plane, imò nefas fore judicavi, si aut invidus in privatum usum reconderem; aut negligens perire sine-

rem. Porrò tantus reverà fuit Bateus Præscribendi artifex, ut parùm vereccundum eum esse oportet, quisquis, Emendationis prætextu, illius vel extemporanea immutare molíretur: Et propterea nec quippiam mutilando, nec (præter paucula de viribus) adjiciendo, sed ipsissima Autographi verba fideliter transcribendo, spartam hanc ornare satagi.

Hisce ità præfatis rectà jam ad Appendicem ipsam te relegarem, nisi quòd æquum, imò & (Lector benevole) tibi gratum fore duxi, ut priùs te moneam, quòd plurima ex Remediis Pharmacopœâ Bateanâ jàm prostantibus in hoc Manuscripto reperi; eáque Industrius vir Dominus Shipton summâ fide, & integritate edidit.

T. *Fuller* M. D.



APPENDIX
AD
Pharmacopœam Bateanam.

Apozema Cephalicum.

℞ RAD. pæon. mar. ℥.iii.ß. Valerianæ ℥.iij. Cal. aromat. ℥.ß Fol beton. M.iij. Rorismar. M.ß. passul. sol. exacin. Mij. coq. in Hydropeg. q. s. sub finem addendo Sem. Carui ℥.i. Col. adde Sacch. albi ℥.iij. clarific. reducendo ad ℔.iij. *Dos.* ℥. iv. *ter in die.*

Apoz. Ictericum.

℞ Rad. Cichor. ℥.i.ß Fol. Fragar. (cum Rad.) Fol. Pentaphyl. ā M. j. Uvar. Corinth. ℥. iij. Jujub. ℥.ij. Sem. Aquileg. ℥ i. coq. in ▽ font. q. s. ad ℔ ij col. adde Syr. è 5. Rad. ℥.ij. m. *Dentur* ℥ *iv. ter in die.*

Apoz. Phthisicum.

℞ Rad. Chinæ incisæ ʒ.iij Ras. Ebor. ʒ.i. Ras. CC. ʒ i.ß. Dactyl. N°4. infunde in Aq. font. q. s. per noctem tepidè; manè adde Fol. Arnogloss. Bugulæ, Agrimon. Veron. pauli. Virgæ aur. Alth. Capil. Ven. Summit Rubi ā. p. iij. Hord. p. ij. Uvar. pass. enucl. M.ß. Coq. ad ℔.ij. Col. adde Cons. Ros. rub. ℥. ij. stent simul per ⧗ iij. & f. Col.

Apoz. de Pomis.

℞ pom. redolent. (cum cort. & sem. contus.) n°ij Rad Scorzon ℥.i. Rad. Gram. Acetosæ, Aspar. Cichor. Fœnic. ā ℥ ß. Fol. Fragar. cum toto, Lujulæ Borag. ā M.j. Ras. Ebor. cc. ā ʒ. iij Tamar. ʒ. vj. Uvar. Corinth. ℥.iij. coq. in Hydropeg. q. s. ad ℔.i ß. col. adde Syr. de 5 Rad. & Aurant. ā ℥. ij. m.

Sitim sedat; Succos Atrabilarios corrigit; Obstructiones reserat; Urinam ciet. Febricantibus, & Melancholicis subvenit. *Dos. ℥.iv. ter in die.*

Apoz. Splanchnicum.

℞ Rad. 5 Aper. ā ℥ j.ß. Troch. de Cappar. de Rhab. ā ʒ vi. Fol. Chamædr. M.iv. menth. M.ß. Ling. Cerv.

M.j. Sem. Cochlear. Nasturt. aq. ā. ℥. i. Cort. Sassafr. ℥. ß Uvar. pass. ℥.x. Lumbric. præp. ℥ i. Coq in Hydropeg. ℔.vi. & Leucœni ℔.ij. ad ℔. v. Col. infunde Fol. Cochl. mar. M. vi. col. adde Spir. Ment. comp. ʒ.iij. m. *Ad viscerum obstructiones, & Scorbutum.*

Aqua ferrata.

℞ Baticuræ ferri (mundatæ ab omni sorditie, & exsicc.) ℥ viij Aq. Lact. comp. ℔.i ß. macerentur, obsignato vase, in B. M. per horas 48; f. Col. *Dos. liquoris clari* ℥. ij. *omni mane per longum tempus.*

Aq. Fragorum comp.

℞ Fruct. Fragor. matur. ℔.ij. Album. Ovor. (in aquam agitat.) N° 10. Fol. Cichor. Caudæ equinæ, plantag. Virgæ aur. Ros. rub Fruct. Alkek ā M.iij. Jujub. Sebest. ā ʒ.vi. Glycyrrh. rec rasæ ℥ iv Rad Alth. Sem. pepon. contus. ā ℥.vi. Sem. Cydon. Malvæ, Alth. ā ℥ ß Lact. ℔ viij. macerentur per biduum; & dein Destil. in B. M. Calculosis confert.

Aq. Glycyrrhizæ.

℞ Glycyrrh. Angl. rec. contus. ℔ ß.

Lact. ebutyrati cong. j. m. Destil. Organis communibus. pectoralis, & Antinephritica audit.

Aq. Menthæ comp.

℞ Fol. Menthæ pulv. Sem. Agnii casti ā ℥ ij. Sem. Plantag. ℥ i. Terebint. Ven. ℥ vi Decocti fortis Plantag. ℥ xij. Succi Limon ℥. vi. Destil. ad lenem cinerum calorem.

Aq. Phthisica.

℞ Sem. Pepon. Melon. ā. ℥. iv. Portul. ℥ vi. Fol. Pilosel. Plantag. ā M. viij. Consolidæ maj. Germin. querc. ā M. vi. Seri Lact. cong. iv. Dest. s. a. Bibat Patiens ℔. i. cum Lact. recent. ℔. i. & Sacch. candi ℥ i. bis in die per totum mensem Aprilem, vel Maium.

Aq. Plantaginis comp.

℞ Fol. Plantag. Centinod. portul. ā M. vi. pilosel. M viij. Veronicæ mar. Equiseti ā M. iv. Rad. Sigil. Salom. ℥. vi. Rad. Buglossi ℥ iv. Seri Lact. ℔. xij Destil. Hæmoptoicis, & phthisicis convenit.

Aq. Pomorum comp.

℞ pomor. redolent. (cum cort. & sem. contus) ℔. xij. Fol. Meliss. Scord. ā M. x. pul. Rad. Torment. &

Zedoar. ā ℔ ß. Mac. Nuc. Mosch. ā. ℨ.ij. Lac. recent. ℔.x. Dest. s a. In Febre, & Affectu Hypochondriaco confert.

Aq. Sanguinis.

℞ Sang. Vitul. rec. mactati ℔.iv. Lact. Vaccini ℔.vi. Summit. Rubi Idæi M.vi. Rad. Tussilag ℥ iv. Glycyrrh. rec. ℔ ß. passul. sol. ℥ x. m. Destil. Alembico Rosaceo, cavendo Empyreuma.

℞ Hujus Aquæ ℥.xij Tabul. Diatrag frig. ℥.i.ß. m. sumat æger ℥ iv. omni mane, cum dupla quantitate Lactis Asinini, ad Tabem.

Aq. Saponariæ comp.

℞ Fol. Saponar. rec. M.xx. Fumar. Scabiosæ ā M.vi. Lig. Guajaci pul. ℔.i. Rad. Sarsæp. crassè contus. ℔.i.ß. Aq. Saponar. simpl. Cong. iv. Distil. communibus Organis.

Ad Sanguinem depurandum, & Affectus Cutaneos. ℞ Hujus Aquæ ℔.ij. Sacch. albi ℥ ij. m. propin. ℔. ß. pro vice, ter in die.

Aq. Scorbutica.

℞ Fol. Agrimon. Cichor. phyllit. Hepat. nobil. ā M.viij. Absinthii

utriusque Cochlear. utriusque Nasturt. aq. Becab. ā M iv. Ment. aq M.v. Scabiosæ, prasii ā M.iv. Rad Arii crassè contus. ℥.iv. Lig. Sant. albi pul. ℔.ß. Aq. still Lumbric. simpl. Aq. Antiscorb. nost. ℔.vi. Leucœni ℔.iv. præp. Destil.

Balneum Psoricum.

℞ Rad. Ireos nost. Bryon albæ, Farinæ Lupin. & Fabar. ā ℔.i ß. Fol. Borag. Genistæ incis. ā M xx. m. pro Decocto.

Vel,

℞ Rad. Bryon. alb. ℔.i.ß. Fol. Borag. Sambuci ā M xviij. Tart. albi ℔.i. m. pro Decocto.

Balneum Venustatis.

℞ Hord mund ℔ ij Orizæ ℔ i. Lupin. crassè pul. ℔.iii Furfuris macri ℔.viij Fol. Viol Borag. ā M x. coq. in Aq. font. q s

Ad Cutim detergendam, poliendam, & emolliendam.

Bochetum.

℞ Rad. Sarsæpar. ℥ viij. Lig. Guajaci ℥ ij infunde 🜄. xij in Hydropeg. (vel Hydrocrith.) ℔ xij adde Uvar. pass. enucl. ℔.ß. Coq. ad con-

ſump. dimidii, addendo ſub finem Glycyrrh recent. ℥.i. f. Col pro potu ordinario.

Bolus Hæmorrhoïdalis.

℞ pulp. Caſſiæ rec extr. ʒ.iij. Fl. Sulph. ℈.i. pul. Glyc ℈ ß. f. bol ſumatur manè & ſuperbibatur hauſtus ſeq. ℞ Decoc. pect. (cum Rad. Alth. incoct) ℥.iij Mannæ ℥ i. *Syr.* Viol. Oxym. ſcil. ā ℥ ß. Valet etiam ad Aſthma, & affectus Thoracicos.

Bolus Nephriticus.

℞ Terebint. Ven. coct & pulv. ʒ.i. Oc canc. ℈ i. ♃ ♂ lati ℈ ß ⊖ *Succi*ni gr iv. *Syr.* Alth. q. ſ f. bol. ſumatur manè, ſuperbib. *Serum* Nephriticum.

Bolus è Terebinthina.

℞ Caſſiæ rec extrac. ʒ.iij. Terebint. Ven ʒ.i. pul. Rhab. ʒ.ß. f. bol ſumatur horâ ſomni, mane ſequenti bibantur Infuſ Bened. ℥ vi. In affectibus Venereis, &c.

Cataplaſma Anginoſum.

℞ Mel. Roſ. ℥.iv. Cynocopis pul. ℥.ij. pulp. Caſſiæ, ℥j.m.

Vel,

℞ Mel. Roſ. Cynocop. ā ℥.i. ß,

Croci ʒ i.ß. Farinæ Tritici ℥.iij. Aceti q. s m. f. Catap. tepidè sub mento applicandum.

Catapl. Arthriticum.

℞ Mucilag sem. Cydon. (Aq. Lact. extrac.) ℥.viij. Uv. Malagens. (exacinat. & in pulpam contus) ℔ i. m. agitando super prunas, f. pulticula adhibenda locis affectis, & renovanda sextâ quâque horâ.

Catapl. Cardiacum.

℞ Cort. Citri cond. ℥.ß. Alkerm. ʒ.iij. Cons. flor. Borag ℥ ij contunde optimè cum Mellis Anthos ℥ ß. spec. Diamosc. dulc. ℈.ij. Croci ℈ i; m, & adhibe Cordis regioni; ad Syncopen, Tremores, & palpitationem.

Catap. Cydoniatum.

℞ Cydon. cond. (in pulp. contus) ℥ iij Diasc. mel. Ros. ã ℥ ij. pul. Ter. sigil. ʒ.iij. Boli Armen. ʒ ij f. pulticula adhibenda ventriculo, vel umbilico; & renovanda 12 quâque horâ.

Ad Vomitum, Diarrhæamve sistend. & Abortum prohibendum.

Catap. Discutiens.

℞ Rad. Enulæ rec. Ireos nost. ã ℥.iv.

Alth. ℥.viij. Fol. *Scord.* naſtart. aq. ã. M.vi. Ebuli, Abſint. Cicutæ, Malvæ. ã M.iv. Flor. *Samb.* p. xx Fl Geniſtæ p. xxvi. coq. in ▽ q. ſ. ad mollitiem; contuſ. in pulpam admiſce Gum Ammon. (in Aceto ſoluti) ℥ iv. Farinæ Fabar. & Lini ã ℥.iij.m.f. Catapl. pro *Splene.*

Catapl. Diureticum.

℞ Fol. Parietar. M.iij. Coq. in Lact. q. ſ. ad contabeſcentiam; dein contunde cum Cepis (ſub cineribus priùs coctis) N° iij. Rad. Raph. ſylv. ℥ iij. Vitel. Ovor. N° ij. Ol. Scorpion. ℥.i. Ung. Dialth. ℥.ij. f. Catapl. vel Perinæo, vel locis dolentibus applicandum, in paroxyſmo Calculoſo.

Catap. Emolliens.

Diſſolvimus Auri per Antimonium fuſi & cupellati ℥ j. in Aquæ Regis q. ſ. recipimus quoque Butyri Antimonii probè rectificati ℥.iv. quod ſolvimus in ſp. Nitri q ſ. paulatìm & cautè affundendo, uſque ad ſtrepitûs ceſſationem: hinc duas haſce ſolutiones confundimus, & ad ſiccitatem deſtillamus, materiæ in fundo relictæ, pulveriſatæ, denuò affundimus ſp. Nitri ℥. vj vel, viij. rurſúsque ad ſiccitatem deſtillamus, quam reaffuſionem novi ſp Nitri, & reabſtractionem, etiam tertia vice repetimus, urgendo Ignem in fine; tandem maſſam in fundo relictam, aquâ edulcamus, & rurſus exſiccatam probéque lævigatam, per horam unam alterámve calcinamus, & ad uſum ſervamus.

Butyrum Antimonii.

Fit ex Antimonii, & Mercurii ſublimati ana ℔ ij. commixtis, & ſecundum artem ſublimatis tandemque rectificatis.

Butyrum Ceræ.

Deſtillatur ex Cerâ & arenâ mixtis, per retortam.

C.

Calx Auri.

VIde Aurum fulminans.

Calx Iovis.

Jupiter in lebete ferreo ope Ignis liquefactus, tamdiu ſpatulâ agitatur, dum in calcem ſeu Cineres abeat.

*S*unt etiam qui aquâ fort. Jovem diſſolvunt, & illâ decantatâ, præcipitatum pulverem edulcant, ſed prior modus præſtat.

Calx Lunæ.

Lunam cupellatum, in ſp. Nitri ſolutam Aquâ marinâ præcipitamus, & poſtea edulcamus.

Fit etiam ſi ſolutioni Lunæ, Aqua admiſceatur, & laminæ cupri injiciantur, lunáque ſic præcipitata abluatur.

Calx Plumbi.

Plumbo liquefacto per vices admiſcetur ſulphur, dum in calcem reducatur.

Calcinare quoque poteſt, uti de Jove dictum.

Ceruſſa Antim.

Regulus Antimonii, cum triplo Nitri commixtus, & detonatus, Aquâ edulcoratur probè & exſiccatur, interdum etiam ſpiritum vini à pulvere hoc edulcato deflagramus.

Ceruſſa Martis.

Fit eodem modo, quo Ceruſſa Antimonii ex regulo martis.

Ceruſſa Mart. cum nonuplo Nitri.

Ceruſſa Martis, uti jam dictum, præparata denuò cum triplo nitri mixta & detonata, abluitur etiam ſecunda vice, rurſusque exſiccata cum triplo Nitri calcinatur, & Aquâ probè edulcorata, & ſiccata, ad uſum ſervatur.

Chalcanthum Rubefactum.

Eſt Vitriolum ad rubedinem calcinatum.

Chalybs cum Sulphure.

Ferrum candefactum ſulphure admoto liquefit & poſtea Crucibulo inditum, ad omnem ſulphuris deflagrationem ignitur.

Chalybis Sal.

Limatura Martis, Ope Aquæ, & Olei Vitrioli diſſoluta, filtratur, evaporatur & cryſtalliſatur.

Cinnab. Antimonii.

Caput Mortuum poſt deſtillationem Butyri Antimonii relictum, Igne ſublimatorio in Cinnabarim evehitur, & rectificatur.

Clyſſus Vitrioli.

Vitriolum viride Martiale, tribus ſolutionibus & Cryſtalliſationibus depuratum, & ab Ochra liberatum, in olla ad flavedinem calcinamus, poſtea ſolvimus, cum aceto deſtillato, filtramus & cryſtalliſamus, qui labor tribus vicibus repetendus eſt. Tandem cryſtallos hos in olla ad flavedinem calcinatos & pulveriſatos, indimus retortæ vitreæ & ex arenâ deſtillamus. Phlegma & Spiritum, deſtillatum reſiduo in retortâ reaffundimus, cumque ad ſiccitatem abſtracta ſint, ex retortâ Igne aperto deſtillamus per gradus, uti moris eſt, dum omnes ſpiritus expulſi ſint. Deindè Caput mortuum aëri, ut illo imprægnetur, exponitur, unde tandem ope Aquæ

Sal extrahimus, quod ſolutionibus, filtrationibus, & cryſtalliſationibus repetitis purificamus. Ad ℥. iij. hujus ſolis affundimus ſpiritus antea deſtillati ℥. xij. digerimus per menſem vel ultrà etiam, tandem filtratum, uſui aſſervamus.

Cremor Tartari.

Tartarus ablutus, & pulveriſatus, Aquâ bullienti ſolutus, & per laneum trajectus, ad cryſtalliſandum reponitur, cryſtalli collecti abluti & exſiccati, ſi prima vice ſatis albi non ſint, ſecundâ & tertiâ etiam cryſtalliſatione purificantur.

Crocus Martis per ſe.VVurtzy.

Limatura Martis per tres dies vel diutiùs reverberatur ſ. a. deindè contuſa, Crocus inde Aquâ eluitur & ad ſiccitatem evaporatur.

Crocus Martis cum Aqua Regis.

Limatura Martis toties cum Aqua Regis impaſtatur & ſiccatur, dum rubiginoſa evadat, deinde in Crocum reverberando & lævigando vertitur.

Crocus Martis cum rore Maiali.

Martis Limatura, cum Rore, vel Pluviâ Maiali, toties irroratur, dum in rubiginem

biginem abeat, poſtea proceditur uti jam dictum.

Crocus Martis Aſtringens.

Rubigo Martis cum aceto deſtillato facta, & ſ. a. reverberata, in Crocum vertitur.

Crocus Martis Aperitivus.

Chalybs cum Sulphure igne reverberii, in Crocum Martis Aperitivum abit.

Crocus Martis ex Vitriolo Martis.

Vitriolum Martis, calcinatum, contuſum, igne violento, in Crocum rubicundum, & leviſſimum, reverberatur.

Crocus Metallorum.

Fit ex Antimonii & Nitri ana ℔.j. quæ detonantur, & poſtmodum Crocus à ſcoriis ſeparatur.

Crocus Veneris.

Fit ex Vitriolo Veneris, per reverberationem.

Cryſtallum Minerale.

Fit ex Lapide prunellæ ſolvendo & cryſtalliſando.

Cryſtall. Minerale Saccharatum.

Recipimus Cryſtalli Mineralis & Sacchari ana q. p. quæ in Aqua roſa-

rum soluta evaporantur.

E.

Elixir Pæoniæ.

REcipimus Rad. Palm. Christi, Angelic. Pyrethri ana ℥.j. Visci quercini, Sem. Fœnic. anacard ana ʒ.vj flor Rorismarini. Stœchad Arab. Lavend. ana ʒ iij. Ras. Cornu Cerv. Alcis Cran human. Castorei ana ʒ.i.ß. Herb. Major m p.j. sp. Vini rectificat. ℔.ij. Digerimus per dies 14 quibus finitis per Alembicum ex Balneo maris destillamus Spiritum, cui addimus, Rad. flor. & sem. Pœoniæ ana ℥.j. *Spec.* Diamosci dulc. Diaxyloaloës an. ℥.ß. Digerimus per mensem, filtramus: ad ℥ xij. hujus tincturæ addimus sp. Vitrioli rectific. & cum cinnabari nativâ f. a. impregnati ʒ iv. Salis pœoniæ ʒ.j ß. sicque in Elixir, uti moris est, circulamus.

Elixir. Propr. Dulce.

Fit ex croci Aloës, Myrrhæ ana ʒ.i.ß. sp. vini ℔.j. digerendo & filtrando.

Elixir. Propr. Paracelsi.

℞ Croci, Aloës, Myrrhæ, ana. ℥ vj sp. Vini, & Olei Sulphuris per campanam facti, ana ℔ j.ß. Digerimus per mensem, deinde filtramus, & si opus sit, menstrui partem, ad desideratam consistentiam abstrahimus.

Aliud.

Fit ex iisdem, nisi quod, ad singulas libras sp. Vini, Olei sulphuris per campanam ℥ ij. addantur.

Elixir Propr. cum Sp. Cornu Cerv.

Sp. C. C. ℥ iv. cum Sp. Vini ʒ viii. prius s. a. conjunguntur, deinde addimus Croci, Aloës, Myrrhæ ana ʒ j.

Elixir Propr. Tartaris.

Fit eodem modo uti Elix. Propr. dulc. modò quòd pro menstruo tinctum salis Tartari sumatur.

Elixir Vitrioli.

℞. Galang. min. ʒ i.ß. Calam. Arom. ʒ j menthæ crispæ salviæ ana ʒ i cinnamomi elect. caryophyllorum. Zinz. albi, ana ʒ iij. Nuc. moschat cubebarum ana ʒ ij Ling Aloes, cort. citri, ana ʒ j. Sacch cand. alb. ʒ ii; Miscemus, & in pulverem reducimus, cui affundimus ol. Vitrioli ℔ j.

ſp. Vini ℔.i.ß. l. a. in elixir digerendo.

Ens Veneris.

Vitriolum Martis, ad omnimodam dulcedinem reverberatum & ablutum, miſcetur cum duplo Salis Armoniaci, & ſublimatur, bis vel ter cohobando.

Extractum Abſynthii.

Decoctum Abſynthii, clarificatum, evaporatur ad conſiſtentiam extracti.

Extractum Croci & Helleb.

Fiunt eodem modo.

Extractum Gambogiæ.

Extrahitur cum ſp. Vini, & vel in Aquam deſtillatam præcipitatur, vel etiam ad extracti formam abſtrahitur.

Extract. Guajaci, Samb. &c.

Fiunt uti Extractum Abſynthii.

F.

Flores Antimonii.

Antimonium Igne vehementi, abſque additione, ope vaſorum ſublimatoriorum, in Flores ſublimatur.

Flores Antim. Diaph.

Flores Antimonii irrigant:r Oleo Sulphuris, & in crucibulo clauſo, aperto gne calcinantur

Flores Benzoini.

Fiunt ex Benzoino contuſo, quod indimus ollæ, cui cuc llus chartaceus ſupeιadaptatur, poſtea Igne ſ. a. accenſo flores ſublimatos cucullo mutato ſæpius, deteιgimus, quos, ſi opus ſit, eodem modo rectificamus.

Flores Salis Armon:

Sal Armoniacum & Sal fuſum in æquali pondere mixtæ ſublimantur in Flores.

Flores Salis Armon Martiati

Miſcemus Salis Armoniaci & Limatu æ Martis ana ℔.ij. ſublimamus caput mortuum exponitur aëri ut efflo-reſcat & quodammodò liqueſcat, deinde cum dimidio ſui ponderis Salis Armoniaci miſcemus, lento igne ſiccamus, & tandem ſ. a ſublimamus.

Flores Salis com.

Fiunt, ſi, poſt deſtillationem ſp. ſalis, Ignis urgeatur, tunc enim Flores ſublimari & collo retortæ & recipientis adhærere ſolent.

Flores Sulphuris.

Sulphur ex ollâ, vel retortâ, in capax recipiens ſublimatur inque flores vertitur.

Flores Viridis Æris.

Viride Æs in aceto deſtillato ſolutum, filtratum & evaporatione in criſtallos redactum, dicitur flos viridis Æris.

Flores Iovis.

Recipimus Jovis m.j Nitri ℔.ij. miſcemus ſ a. & cochleatìm in vaſa ſublimatoria ingerimus & detonamus, finita operatione, Flores ſublimatoriis adhærentes deterſos aquâ calidâ abluimus.

G.

Galbanetum Hartmanni.

Fit ex Galbani ℔. ß. ſpiritu terebinthinæ ℔.j. per octiduum (cum, vel absque aromatibus) digeſti, & per Alembicum ad ſiccitatem deſtillatis.

Balſam Galbanet. Senn.

Recipimus Galbani ℔.ß.ol terebinth:

℔.ij. Digesta per mensem, destillamus s. a. destillato addimus Ol. Lavendulæ ʒ. j. & post unius diei digestionem, denuò destillamus.

I.

Iovis Magisterium.

Ex Aquâ primæ coctionis massæ, ex sublimatione florum Iovis relictæ, filtratâ, ope liquoris Aluminis, præcipitamus magisterium, ad dulcedinem abluendum

Iupiter Diaphoreticus.

Materiam post sublimatos Flores Jovis relictam in Aquâ coquimus, pulverem præcipitatum ad omnimodam dulcedinem abluendo.

Iupiter Nitratus.

Vide Nitrum Joviatum.

L.

Lac Sulphuris.

FLorum Sulphuris ℔. j & calcis vivæ (vel *Salis* Tartari) ℔.iij. coquimus in amplo Vase, in s. q. Aquæ

dum Sulphur solutum sit, tum calidum Liquorem filtramus, & cum Aceto destillato, vel Spiritu, vel Phlegmate Nitri, Lac præcipitamus, ab omni acredine abluendum & siccandum.

Lap. Calaminaris præparatus VVurtzii.

Lapidem calaminarem contritum, & in Crucibulo candefactum, in Acetum destillatum projicimus, quo decantato pulveréque siccato, uti dictum secunda & tertia vice procedimus.

Lapis Infernalis.

Fit ex Argenti cupellati ℥ j. & sp. Nitri rectificati ℥ iij in quo Luna soluta & ad tertias evaporata, in unditur crucibulo Germanico firmo & amplo, & supra prunas, ad consistentiam evaporatur, tandemque effunditur.

Lapis Infernalis comm.

Fit ex ℔ ij calcis vivæ & ℔ j cinerum clavellatorum commixtorum, unde ope Aquæ Lixivium extrahimus; quod filtratum ad siccitatem evaporatur, relictus in fundo sal in crucibulo funditur, dum in Lapidem causticum abeat.

Lapis Medicamentosus.

Vitrioli viridis ℔.j. albi ℔ ß. Alum. ℔ i.ß. Fell. vitri, ſalis comm. ana ℥.iij. ſalis Tartari ℥ ij.ß. Arthemiſiæ, Abſinth. ana ℥ ß. ceruſſæ ℔.ß. Boli ℥.iij. ſ. a. in Lapidem coquuntur.

Lapis Prunellæ.

Nitri puriſſimi ℔ j. liquefit in Crucibulo, cui per vices injicitur Sulphuris parum, quod cùm deflageraverit effunditur.

Laud. liq. Helm.

Recipimus Opii optimi præparati ℔.j. Croci ℥.vj. cinnamomi, caryoph. Nuc. Moſc. Ligni Aloës, Santali citrini ana ℥.iv. Succi Cydoniorum ℔.xxxij. Digerimus per menſem, poſtea filtramus, & ad conſiſtentiam Liquorem ſuperfluum abſtrahimus.

Laud. liq. Tartariſ.

Supra dictas ſpecies in Tincturæ Salis Tartari ℔ x. digerimus, & poſteâ filtrando procedimus.

Laud. Opiatum Starkii.

Facimus ſ. a. ſapam ex ℔ j. ſalis Tartari, & ſp. Terebinth. q. ſ. poſtea recipimus opii Thebaici præparati & pulveriſati, Hellebori Albi, &

nigri, rad liquirit. ana ℥ viij. sapæ prædictæ q. s. Miscemus longa trituratione, dum fiat massa pilularis. Quidam Helleborum nigrum omittunt.

Laudan. sine Opio Hartm.

Recipimus, pulv. Santal. Citrini, rubr. ana ℥.j. Macis, Galang. Piperis, Cardam. ana ʒ iij f. l. a cum spiritu Vini, extractum, extrahimus etiam Mumiæ Ægyptiacæ & Myrrhæ rubræ ana ʒ.j cum Aqua Cichorii, postea tincturas filtratas & confusas, miscemus cum Sulphuris Vitrioli narcotic. ʒ.ij. & digerimus per tres septimanas, tandem menstruum ad mellis consistentiam abstrahimus abstracto addendo, extr. Croci ʒ ß. salis perlar mi ʒ j. ut fiat massa pilularis.

Liquor Silicum.

Recipimus Silicum calcinatorum ℥ xij salis Tartari ex Tartari & Nitri partibus æqualibus facti ℥.viij. Miscemus exactè in mortario, & in Crucibulum candens cochleatim ingerimus, urgendo ignem dum pellucida fiant Vitri; massam, crucibulo refrigerato, relictam, aeri exponimus ut per deliquium fluat.

M.

Magist. Bismuthi.

℞. Bismuthi pulverisati ℥.iv. Sp. Nitri rectificati ℥.xij. fit solutio, quæ cum Aquâ salsâ præcipitata, ad dulcedinem abluitur.

Magist. Corallorum.

Sumimus Corallorum calcinatorum q. p. dissolvimus in s. q. aceti destillati solutione filtrata, & cum Oleo Vitrioli præcipitata, Magisterium s. a. abluimus.

Magister. Gambogiæ.

Vide Extractum Gambogiæ.

Mag. Iovis.

Vide Jovis Magisterium.

Mag. Martis, apertiv. Mynsicht.

Miscemus Succi acetosæ depurati ℔.vj. cum tamarindorum ℔ j. s. a. nucleisque & stipitibus exemptis coquimus & clarificamus; addimus Limaturæ martis ℔.ß. digerimus sæpiùs agitando per aliquot dies, postea colamus, & inspissando ad consistentiam extracti reducimus.

Magist. Perlarum.

Perlæ contusæ aceto Vini destillato solvuntur, solutionéque filtrata, cum Oleo Vitrioli præcipitatur magisterium, & ad omnimodam dulcedinem ablutum, siccatur.

Magist. Matris Perlarum, & Oculorum cancr.

Fiunt uti de Magisterio Perlarum dictum.

Magist. Saturni.

Minium in aceto destillato, ad ejus dulcedinem coquitur, filtratur, cúmque Oleo Vitrioli, vel sale Tartari præcipitatum, edulcatur.

Magist. Sulph.

Vide Lac Sulphuris.

Magnes præparatus VVurtzii.

Magnetis pulverisati q. pl. candens facimus in crucibulo, & æq. p. Olei Martis affundimus, illud lento Igne evaporando

Martis Tinct. Mynsicht.

Vide Tinctura Martis.

Martis Crocus.

Vide Crocus Martis.

Merc. præcip. Albus.

Recipimus Mercurii q. p. dissol-

vimus

vimus in s. q. aq. fortis, præcipitamus cum Aqua salsa vel phlegmate sp. salis Armoniaci, ablutúmque probè siccamus.

Merc. præcip. Albus subdulcis.

Mercurium crudum dissolvimus in sp. Nitri q. s. solutum præcipitamus cum sp. Vini q. s. Liquorem decantamus, præcipitatum siccamus, & spiritum Vini aliquoties affusum comburimus.

Merc. præcipit. fixatus.

Sumimus Mercurii ℥ vj. florum Sulphuris ℥ iv. Salis Armoniaci ʒ iij. Miscemus in mortario marmoreo, dum Mercurius sit omninò extinctus, deinde sublimanus, quod in fundo restat cum sublimato rursus commiscemus, & sublimamus, hoc etiam tertia & quarta vice repetimus, ultimò sublimatum exactè à præcipitato separando qui servatur ad usum.

Merc. præcipit. Flavus.

Vide Turpetum Minerale.

Mer. præcipit. Griseus.

Recipimus Mercurii præcipitati flavi vel albi ʒ j abluimus cum Aqua Rosarum sæpius, siccatum imbibimus

cum ſpiritu Vini rectificato, addimus Camphoræ in ſ. q ſp. Vini ſolutæ ʒ j. & leni Igne ſp. Vini inde abſtrahimus.

Merc præcipit. Incarnatus.

Mercurii ʒ.j. ſolvimus in Aquæ Fortis ʒ.ij addimus Aq. calidæ ʒ.iij. præcipitamus cum urina recenti, & præcipitatum probè ablut m ſiccamus.

Merc.præcipit. Laxativus.

Recipimus Mercurii q p. affundimus Olei Vitrioli vel Sulphuris ad digiti unius ſupereminentiam, ponimus in Balneo arēnæ, dum Mercurius cryſtalliſetur, poſtea materiam hanc cryſtallinam eximimus, ſi quid adhuc vivi ſuperſit Mercurii ſeparamus, indimus Crucibulo, ut per horam ope Ignis candefiat, tandem in Aquam calidam injicimus, & fiet pulvis flavus, qui Aquâ decantatâ, lavatur, exiccatur, & ſpiritus Vini ſupra illum accenditur.

Merc.præcipit. per ſe.

Mercurius crudus vitro infernali inditus igne ſecundi gradus tam diu uritur, dum in rubrum & rutilantem abeat præcipiatum, quod ſpatio anni vix abſolvitur.

Mercurius præcipit Ruber.

℞. Mercurii ℔.j. Aq. fortis ℔.ij. destillatur Aqua fortis à Mercurio, cum tribus cohobiis, dum in rubicundum abeat pulverem, quem servamus.

Mercurius præcipit. Solaris per se.

Recipimus Mercurii ℥.iv. Auri per Antimonium fusi & cupellati ℥ ß. facimus l. a. amalgama, quod vitro inditum, uti de Mercurio præcipitato per se dictum, tractatur, nisi quod sæpiùs materia sit eximenda & in mortario probè conterenda.

Mercurius præcipit. viridis.

Sumimus Mercurii ʒ.iv. solvimus in Aqua forti, pariter solvimus cupri ʒ.ß. in Aqua forti, solutiones conjungimus, & Aquam fortem abstrahimus, Igne sub finem violento, præcipitatum hunc cum aceto destillato digerimus, per aliquot dies, ut ultimò ebulliat acetum. tandem filtratum, ad siccitatem abstrahimus.

Mercurius præcipit VVurtzii.

Recipimus Mercurii per salem & acetum loti ʒ iv. affundimus Aquæ

fortis duplicis ℔ j. ℥.iv. abſtrahimus Aquam fortem ex arena, ſemel adhuc cohobando, poſteà materiam exemptam terimus, affundimus Olei Vitrioli ℥.iv. digerimus per diem, & Oleum inde in cinerum Balneo abſtrahimus, maſſam in fundo relictam conterimus, & ſpiritum Vini per dies tres cum illâ digeſtum decantamus, novumque affundimus digerendo & decantando, quod etiam tertiâ vice repetimus, tandem ſiccamus.

Mercurius Sublimatus Corroſivus.

Recipimus Mercurii, Vitrioli calcinati, Nitri, & Salis decripitati ana ℔.j miſcemus triturando, dum Mercurius non amplius appareat, hinc retortæ Vitreæ inditum ex arenâ l. a. ſublimamus, ſublimatum collectum, cum æquali pondere Vitrioli & Salis decrepitati miſcemus & ſecundò ſublimamus, ut magis corroſivus evadat.

Mercurius ſublimatus dulcis.

℞. Mercurii ℔.iij. Mercurii ſublimati corroſivi ℔.iv. & ſublimatur, ter, quater, vel quinquies, ſemper quod leve eſt removendo, dum dulcis evadat.

Mercurius sublimatus ruber & flavus.

Recipimus Mercurii crudi, Vitrioli calcinati, Salis Nitri ana ℔ ij. miſcemus triturando, dum Mercurius omnino evaneſcat, hinc ſublimamus, ſublimatum à capite mortuo ſeparatum, rurſus miſcemus cum Salis Nitri & Aluminis parum calcinati ana ℔. j. Hæc cum aceto impaſtata, urſus ſublimamus, poſtea rubrum à flavo ſeparatum, utrumque ſeorſim Aqua abluimus, & ſpiritum vini ſupra illa accendimus.

Mercurius Vitæ.

Butyrum vel Oleum Antimonii Aquæ magna quantitate affuſa præcipitatur in Mercurium Vitæ, qui Aquâ purâ affusâ edulcoratus, ſiccatur.

Mercurius Vitæ correctus.

Mercurius Vitæ per aliquot dies Igne arenæ uritur, dum flaveſcat, poſtea Spiritus Vini digerendo & filtrando, ſæpius ab illo ſeparatur.

Mixtura Simplex.

Vide Sp. Diatrion.

N.

Nitrum Antimoniatum

RECipimus nitri puri ℥.vj. liquefacimus in Crucibulo, & paulatìm cautéque injicimus Vitri Antimonii per se facti ℥.ij. quæ in unum Ope Vulcani unita effundimus in Mortarium, in pulverem conterimus unde Aquâ purâ Nitrum eluimus, quod filtrando, & crystallisando purificamus.

Nitrum Chachecticum Chalybeatum.

Fit ex Nitri ℥.iij.ß. Vitrioli Martis ℥.ij. & arcani duplicati ℥.ij.ß miscendo, & subtilissime conterendo, hinc in arenâ ad rubedinem colliquando, & calcinando.

Nitrum Corallatum.

Fit ex Nitri purificati ℥.iij. & Salis Corallorum ℥.i. si illa singula seorsim cum Aqua Rosarum solvantur, solutiones filtratæ conjungantur & ad consistentiam Salis abstrahantur.

Nitrum Fixatum.

Recipimus Nitri ℔.i. liquefacimus

in Crucibulo, & flores Sulphuris illi tam diu injicimus, donec detonatio cesset, postea solutione, filtratione & crystallisatione purificamus.

Nitrum Joviatum,

Caput mortuum ex sublimatione Florum Jovis affusa Aqua coquimus, filtramus & ad siccitatem evaporamus.

Nitrum Nitratum.

Fit ex Nitri purificati ℥.vi. & *Sp.* Nitri rectific. ʒ.iv. miscendo & ad siccitatem cum tribus cohobiis destillando, & ignem ultimò ad Vasis excandescentiam urgendo.

Nitrum Perlatum.

Fit uti Nitrum Corallatum, modò quod loco Salis Corallorum, *Sal* Perlarum assumatur.

Nitrum Saturnisatum.

Recipiuntur *Sacchari Saturni* & Nitri purificati ana ʒ.ij, solvuntur in aceto destillato & crystallisantur.

Nitrum Sulphuratum.

Recipimus florum Sulphuris ʒ.iv & Nitri ℔.ß. Hanc mixturam paulatìm in Crucibulo sub Campanâ, quæ tegit patinam continentem spiritus Urinæ ℔.ij. Detonamus fere eodem modo,

uti olim fieri ſolebat Oleum Sulphuris per campanam clauſam, cum omnis materia per vices detonata fuerit, miſcemus caput mortuum cum Spiritu Urinæ, qui in patina eſt, digerimus per diem, poſtea filtramus, & ad ſiccitatem ſ. a. evaporamus.

Nitrum Sulphuratum aliud.

Fit ex Nitri & ſp. Sulphuris p. æq. uti de Nitro nitrato dictum.

Nitrum Vitriolatum.

Vide Arcanum duplicatum.

Nitrum Vitriolatum aliud,

Fit ex Nitri purificati p. ij. & Olei Vitrioli p. i. uti de Nitro nitrato dictum, procedendo.

O.

Ol. Abſynthii.

Deſtillatur, ut moris eſt, per Veſicam.

Oleum Ammoniacum.

Deſtillatur ex arena per Retortam.

Oleum Angelicæ & Aniſi.

Deſtillantur per Veſicam.

Ol. Antimonii.

Fit ex Butyro Antimonii denuò per

Retortam rectificato.

Ol. Antimonii Saccharatum

Fit ex Antimonii pulverisati & Sacchari ana ℔.ij. secundum artem mixtis & per Retortam nudo Igne vehementissimo destillatis.

Ol. Asæ Fœtidæ.

Destillatur per Retortam.

Ol. Aurantiorum.

Fit per Vesicam.

Ol. Baccarum Hederæ

Destillatur per Retortam.

Ol. Bacc. Lauri.

Fit vel per Vesicam, quod fragrans; Vel per Retortam, quod fœtidum.

Ol. Benzoini & Buxi.

Fiunt per Retortam.

Ol. Chamom. Carui, Caryophill.

Destillantur per Vesicam.

Ol. Ceræ.

Fit ex Cera, Igne arenæ, per Retortam destillando.

Ol. Corn. Cervi & Cranii Humani.

Destillantur unà cum Spiritu per Retortam, & postea l. a. rectificantur.

Ol. Cymini.

Fit per Vesicam.

Ol. Euphorbii.

Destillatur per Retortam.

Ol. Fœnic. Dulcis.

Fit per Alembicum.

Ol. Fulig. Galb. Guajaci, Guajac. rectif.

Destillantur per Retortam, un cum spiritu, cum quo deinde l. a. rec tificantur & separantur.

Ol. Hyssop. Junip. Lavend. Limon. Majoranæ.

Fiunt per Alembicum.

Ol. Martis VVurtzii.

Limaturam Martis cum aq. Stygi peculiari toties irroramus & exsicca mus, dum rubiginem contraxerit, tur aq. affusâ abluimus, filtramus & a consistentiam Olei evaporamus, quo aliâ Aquâ affusâ & evaporatâ dulcif camus.

Ol. Mastiches.

Destillatur per Retortam.

Ol. Mentæ.

Fit per Alembicum.

Ol. Myrrhæ Chemicum.

Myrrha per Retortam destillat in Spiritum & Oleum, quæ per tritc rium separantur.

Ol. Myrrhæ per deliq.

Ova ad duritiem coquuntur, per medium dissecantur, vitelli eximuntur, & locus illorum cum alcohol Myrrhæ impletur, sic filo ligata in cellâ suspenduntur, ut Oleum per deliquium defluat.

Ol. Nuc. Moschat. & Origani.

Destillantur per Vesicam.

Ol. Ovorum.

Vitelli Ovorum in sartagine tam diu friguntur s. a. dum Oleum emittant.

Ol. Philosophorum, vel de lateribus.

Lateres candefacti in Oleum Olivarum projiciuntur, tam diu dum omne Oleum imbiberint, tum exempti, confriguntur, unde per Retortam Oleum destillatur à Spiritu separandum.

Ol. Picis Liquidæ.

Destillatur per Alembicum, vel etiam per Retortam.

Ol. Picis Barbadensis, & Polypodii.

Fiunt per Retortam.

Ol. Pulegii, Rhodii, Rorismar. Rutæ, Sabinæ.

Fiunt per Alembicum Cupreum.

Ol. Salis.

Eſt Spiritus Salis, ad conſiſtentiam Olei Vitrioli rectificatus.

Ol. Salviæ, Saſſafras Satureiæ.

Deſtillantur per Veſicam.

Ol. Saturni.

Vide Balſamum Saturni.

Ol. Silicum.

Vide liquor Silicum.

Ol. Succini Spirituale & Commune.

Deſtillantur per Retortam è ſuccino, deinde à Sale ſeparata, cum Spiritu rectificantur, quod primò prodit & flavi coloris eſt, vocatur Oleum Spirituale, quod ſecundò provenit, & rubrum eſt, vocatur commune.

Ol. Sulphuris.

Fit per campanam, ſub qua Sulphur accenditur, ubi Oleum (Phlegmate in auras abeunte) coagulatum per latera campanæ in vas ſuppoſitum deſtillat.

Ol. Tabaci.

Deſtillatur per Retortam.

Ol. Tabaceti.

Fit per Veſicam.

Ol.

Ol. Tartari Chemic.

Destillatur per Retortam unà cum spiritu, cum quo posteà rectificatur.

Ol. Tartari per deliq & Comm.

Tartarus ad albedinem calcinatus, & reverberatus, supra Tabulam vitream expanditur, & in cellâ collocatur, ubi humiditate ex aëre attracta in Oleum seu liquorem defluit. Ex massa remanente residuum salis cum Aquâ bulliente extractum, & ad consistentiam evaporatum vocatur Oleum Tartari commune.

Ol. Tartari Sennerti.

Est sal Tartari Sennerti per deliquium solutum.

Ol. Terebinth. Tereb. Venet.

Destilatur per Vesicam.

Ol. Terebinth. Terebinth. Venet. rectific.

Rectificatur per Retortam.

Ol. Tereb flavum & rubrum.

Fiunt per Retortam.

Ol. Thymi.

Destillatur per Vesicam.

Ol. Virid. Æris Causticum.

Recipimus Æris Viridis ℥ i. Salis

Nitri ℥.ij. quæ pulverisata & probè commixta, secundum artem detonantur, materiam relictam aëri exponimus, ut Oleum dictum per deliquium defluat.

Ol. Vitrioli & Vitrioli Dantiscani.

Fiunt è Vitriolo calcinato, quod Retortæ inditum, in reverberio clauso Igne per gradus accenso, & tandem vehementissimo, per tres dies & noctes continuatò destillamus: & postmodum à Phlegmate & spiritu suo per Retortam ex arenâ liberamus.

Ol. Vitrioli dulce.

Recipimus Olei Vitrioli rectificati & à Phlegmate & Spiritu omninò separati ℔.i. sp. Vini rectificati ℔ iij. vel iv. miscemus s. a. in matracio, quod exactè clausum, & per mensem, vel diutius, digestum, per Retortam cum quatuor vel pluribus cohobiis, dum uniti sint, destillamus.

Ol. Vitrioli rectific.

Rectificatum dicitur, si dephlegmatum per Retotàm pellatur.

P.

Panacæa Holsatica.

Vide Arcanum duplicatum.

Panacæa Sulph. Antimonii.

Fit ex sulphuris combustibilis Antimonii & reguli Antimonii ana ℥ i. ol. Sulphuris per campanam rectificati ℥.iij. per dies octo digerendo & postea per arenam destillando, & sub finem ignem augendo, massam posteà in fundo relictam per quinque horas reverberando. Tandem singulis unciis hujus pulveris addimus Salis Corallorum ʒ ij. s.a. miscendo.

Panacæa Merc. Schroderii.

Vide Mercurius præcipitatus fixus.

Plumbum Ustum.

Vide Calx plumbi.

R.

Regulus Antimonii.

Recipimus Antimonii, Nitri, Tartari ana ℔ j. quæ pulverisata & mixta in Crucibulo detonamus, augendo Ignem, ut salia per semihoram lique-

fiant & fluant, deindè Crucibulo ab Igne remoto, refrigerato, & fracto, regulum à Scoriis ſeparamus.

Regulus Martis.

Fit eodem modo, ex Antimonii, Nitri & Tartari ana ℥ ix. & Martis limati ℥.iv. inſimul detonando.

Regulus Iovis.

Reguli Antimonii & Jovis ana, ope Vulcani colliquamus.

Regulus Solaris.

Fit ex Auri Cupellati ℥ i. & Reguli Antimonii ℥ viij colliquando.

Regulus Lunaris.

Fit eodem modo.

Regulus Veneris.

Fit ex Antimonii ℔.ij. cupri, Nitri & Tartari ana ℔ i. & porrò, uti de Regulo Antimonii dictum procedítur.

Reſina Guajaci.

Guajaco raſpato Spiritus Vini q. ſ. affundimus, digerendo, dum is rubro colore tinctus ſit, tum filtratus ad tertias abſtrahitur, & quod remanet Aquæ puræ infunditur, Reſina, tandem præcipitata & abluta exiccatur.

Ref. Ialappæ & Scammon.

Fiunt eodem modo.

Ros Vitrioli

Vitriolum non calcinatum, per Retortam ex arenâ l. a. destillatur, unde Ros ejus prodit.

S.

Sacch. Aluminis.

Vide Alumen dulce.

Saccharum Saturni.

Sumitur Lythargyrium, vel minium, vel Cerussa, utrum vis, & cum aceto destillato tam diu coquitur, dum dulcissimum evadat, deinde filtratum & ad cuticulam evaporatum, in Cella ponitur, ut Crystalli concrescant, qui siccati f. a. servantur.

Sal Absynthii.

Absynthium siccatum & incensum, in cineres redigitur, ex quibus cum Aquâ calidâ Sal elixiviatur, deinde Aqua ad siccitatem salis evaporatur, quod, si opus sit, secundâ vel tertiâ solutione & coagulatione purificatur.

Sal Absynthii crystallin.

Solvitur Sal Absynthii aquâ calidâ

ſolutio ad cuticulam evaporata, in Cellâ ad cryſtalliſandum ponitur, exempti cryſtalli ſiccantur.

Sal vel Tartarus Aceti.

Fit ex Capite Mortuo Aceti abſque aduſtione ad ſiccitatem abſtracti, ſi illud poſteà cum Aqua ebulliat, filtretur, & ad tertias evaporetur, concreſcent in loco frigido Cryſtalli qui ſecunda & tertia, quoad opus eſt, ſolutione purificari poſſunt, dicitur Sal Aceti eſſentialis, vel etiam Tartarus Aceti.

Si verò caput mortuum comburatur, & inde ope aquæ ſ. a. Sal eliciatur, Sal fixum aceti vocatur.

Sal Artemiſ. Cardui, Caryoph. Chamom. Cochleariæ, Cochleariæ Marinæ.

Fiunt uti de Sale Abſynthii dictum.

Sal Corallorum.

Solvuntur Corallia aceto deſtillato, ſolutio filtrata ad ſiccitatem evaporatur.

Sal Cornu Cervi.

Deſtillatur unà cum ſpiritu, & poſtea per crebras rectificationes ab Oleo purificatur.

Sal Corn. C. Succinat.

Salis Corn. Cervi purificati ℔.i. cum ℔.ß. ſuccini miſcetur & ſublimatur.

Sal Cran. Human. & Sal Cran. Hum. Succin.

Fiunt eodem modo uti de ſale Cornu Cervi dictum, ex Craniis humanis.

Sal Diureticum.

Ex capite mortuo ſalis volatilis Armoniaci, ope Aquæ calidæ, elicitur, & filtrando & coagulando purificatur.

Sal Duplex.

Vide Arcanum duplicatum.

Sal Fabarum, Fraxini, Fuliginis Geniſtæ, Iuniper. Lavendulæ.

Fiunt eodem modo uti de Sale Abſinthii dictum.

Sal Martis.

Vide Martis Sal.

Sal Martis quod Anima Hepatis dicitur.

Fit, ſi Spiritus Vini rectificati ℔ ß. & Ol. Vitrioli. ℥.iv. commixta, ſerventur in ſartagine ferreâ ad ſiccitatatem Salis.

Sal Martis purgans.

Miſcemus Limaturæ Martis , & Salis Armoniaci ana ℔.ß. & Igne intenſo ſublimamus , ex capite mortuo ope aquæ calidæ , Sal ſolvendo , filtrando & coagulando ſ. a. extrahimus.

Sal Menthæ.

Fic uti Sal Abſynthii.

Sal Matris Perlarum , Perlarum , & Oculorum Cancri.

Solvuntur Perlæ aceto deſtillato , filtratur , & ad ſiccitatem evaporatur.

Sal Polychreſtum.

Sumimus Nitri & florum Sulphuris ana ℔.i. detonamus ex reſiduo , Sal Polychreſtum ope Aquæ eluimus , filtramus , & ad ſiccitatem evaporamus.

Sal Roris Marini , Rutæ , Sabinæ Salviæ.

Fiunt per incinerationem , uti de Sale Abſynthii dictum.

Sal Spongiæ fixum , & Volatile.

Spongiæ deſtillantur per Retortam, & prodit ſpiritus , Sal Volatile , & Oleum. Sal ſeparatum rectificatur.

Ex Capite mortuo Elixiviatur *S*al fixum, ope Aquæ calidæ, & proceditur filtrando, & coagulando, uti sæpius de *S*alibus fixis dictum fuit.

Sal Sulphuris.

Ex Capite mortuo seu cineribus sulphuris s. a. ope Aquæ elicitur.

Sal Succini.

In destillatione & rectificatione Olei *S*uccini, colligitur Sal *S*uccini, collo Retortæ adhærens, quod s. a. purificatur.

Sal Tamarisci, Tartari.

Fiunt per incinerationem, solvendo, filtrando, & coagulando.

Sal Vitrioli.

Vitriolum Album, aquâ solutum filtratur & crystallisatur.

Sal Volat. Armon. & Succin.

Fit ex Salis Tartari & *S*alis, Armoniaci ana ℔.iij s. a. sualimando.

Sal Volatile Armon.cum Castoreo.

Fit ex Salis Volatilis, Armoniaci partibus iij. & parte j Castorei, simul digestis, & s. a. sublimatis.

Sal Volat. Oleosum liquid. Cinnam. &c.

Recipimus Cinnamomi ℥ j. (vel aliud Aroma) *S*piritus Vini ʒ iv. sp.

Salis Armoniaci ʒ.ij. miſcemus. ſ. a. digerendo & aduniendo.

Sal Volat Urinæ.

Fit uti Sal Volat. C. C. ex Urina fermentata.

Sedativ. Archæi.

Recipiuntur flores Salis Armoniaci Martiati, ex quibus, cum ſp. Vini, Tinctura elicitur, quæ ad placitam conſiſtentiam abſtrahitur.

Sp. Aceti.

Vide Acetum deſtillatum.

Sp. Aluminis.

Deſtillatur ex Alumine calcinato, Igne aperto vehementiſſimo, uti Oleum Vitrioli.

Sp. Buxi.

Deſtillatur, unà cum Oleo, per Retortam & inde rectificatur.

Sp. Caſtorei.

Recip. Caſtor ʒ.iv Fl. Lavend ℥ i. Salv. Rorismar.ana ʒ ß Cinnam ʒ.vi. Mac Caryoph. ana ʒ ij. Sp. V. rectif. ℔ vi digerimus & ſ. a. deſtillamus.

Sp. Cochleariæ.

Fit ex Herba ſ. a. fermentata, & poſtmodum per Alembicum deſtillata.

Sp. Corallorum Poterii.

Destillatur per Retortam ex arena, è sale coralliorum per crebras solutiones, filtrationes, & coagulationes, purificato, & posteà rectificatur.

Sp. C. C. Sp. Cranii Human. Sp. C. C. Cran. Human. Succinat.

Destillantur per Retortam, & posteà ab Oleo separati, rectificantur, si Succinatos velimus, à Succino abstrahuntur.

Sp. Croci

Sumimus Croci ℥. viij. Spiritus Vini ℔.v. digerimus & posteà per Balneum destillamus.

Sp. Diatrion.

Fit ex sp. Theriacalis Camphorati ʒ.x. sp. Tartari rectificati ʒ vi. & sp. Vitrioli ℥ ij. s. a. miscendo & digerendo.

Sp Fuliginis.

Destillatur per Retortam uti Sp. C. C

Sp Guajaci & Sp. Gumm. Ammon.

Fiunt uti sp Buxi.

Sp. Juniperi.

Fermentantur Baccæ Juniperi l. a. & deinde destillatur inde spiritus, per Vesicam, per Retortam rectificandus.

Sp. Mellis

Destillatur per Retortam uti de Sp. Buxi dictum.

Sp. Millepedium & Sal.

Fit uti Sp. C. C.

Sp. Nitri.

Nitri exiccati, & pulverisati ℔.ij. commiscentur cum argillæ ustæ ℔.iv. & per Retortam, Igne aperto, uti Aq. fortis destillatur.

Sp. Nitri Bezoard.

Spiritus Nitri, in præparatione Bezoardici Mineralis à Butyro Antimonii abstractus, dicitur Sp. Bezoardicus, & est de natura Aquæ Regis.

Sp. Nitri dulcis.

Sp. Vini rectificati ℔.ij. cum ℔.i. Sp. Nitri dephlegmati, ope digestionis conjunguntur, & deindè per Retortam cum duobus cohobiis cautè pelluntur.

Sp. Picis Liquidæ & Picis Barbad.

Proveniunt unà cum Oleo, in eorum destillatione & posteà separata, rectificantur.

Sp. Regin. Hung.

Fit ex Floribus Rorismarini & sp. Vini, hunc inde destillando, & bis

ſupra novos flores cohobando.

Sp. Salis, & Salis dulcis.

Fiunt uti ſp. Nitri & ſp. Nitri dulcis.

Sp. Salis Martialis.

Sumuntur Salis gemmæ ℔.ij. Limaturæ Martis ℔ iv. mixta, per Retortam aperto Igne pelluntur.

Sp. Salis Armoniaci.

Fit ex Salis Armoniaci ℔.iij. calcis vivæ ℔.vj. Aquæ communis q. ſ. per Retortam deſtillando.

Sp. Salis Armon. Tartariſ.

Salis Armoniaci & Salis Tartari ana ℔ i. cum ſ q. Aquæ per Retortam deſtillantur.

Sp. Salis Armon. Succinatus.

Sp. Salis Armoniaci ſupra pulverem ſuccini l. a. rectificatur.

Sp. Salis Armon acidus Chalybeatus.

Deſtillatur per Retortam, ex Capite mortuo, quod poſt primam ſublimationem florum Salis Armoniaci martiatorum, relictum erat, poſtquam aëri per aliquot dies expoſitum fuit.

Sp. Sambuci.

Fit ex Baccis Sambuci, poſt fermentationem, per Veſicam deſtillando.

Sp. Sang. Humani & Succinat.

Destillatur, postquam per aliquot dies putrefactus Sanguis fuerit, per Retortam, uti Sp. C. C.

Sp. Saturni.

Saccharum Saturni, probè purificatum destillatur per Retortam, ubi prodit spiritus per rectificationem à à phlegmate segregandus.

Sp. Spongiæ.

Destillatur ex Spongiis per Retortam & posteà ut Sp. C.C. rectificatur.

Sp. Succini, Tabaci, Tartari.

Destillatur per Retortam, unà cum Oleo, à quo deinde separati rectificantur.

Sp. Theriac Camph.

Recipimus Theriacæ Andromachi ʒ.x Myrrhæ rubræ ʒv. Croci Orientalis ℥.i. Camphoræ ℥.ß. Sp. Vini rectificati ℔.i ℥.iv. Digerimus per aliquod tempus, & per Balneum rectificamus.

Sp. Veneris.

Destillatur ex Floribus seu Crystallis viridis Æris per Retortam.

Sp. Vini Canarini.

Destillatur ex vino per Vesicam, & deinde pro lubitu per Retortã rectificatur

Sp. Vini Succinatus.

Est Sp Vini rectificatus, à Succino pulverisato abstractus.

Sp. Vini Tartarisatus.

Rectificatur à Sale Tartari.

Sp Viperarum, & Sal Volat.

Destillatur ex Viperis siccis uti Sp.C.C.

Sp. Vitrioli.

Prodit unà cum Phlegmate, in destillatione Olei Vitrioli, à quibus in rectificatione posteà separatur.

Sp. Vitrioli essentific.

Vide Clyssus Vitrioli.

Sp. Vitrioli Martis.

Destillatur l. a. ex Vitriolo Martis calcinato, uti Sp. Vitrioli communis.

Sp. Vitrioli Philosoph.

Fit ex Aquâ cum quâ Mercurius vitæ præcipitatus fuit, quæ, ad tertias evaporata rectificatur.

Sp. Vitrioli Tartarisatus.

Sumimus Tartari ad nigredinem calcinati ℔. j. Vitrioli ungarici ad Albedinem calcinati ℔. ij Miscemus & Sp. Vini irroramus, tunc Retortæ indita s. a destillamus & rectificamus.

Sp. Urinæ.

Urina per se fermentata in Spiritum

uti ſp. C.C. rectificatur

Stypticum Regis.

Diſſolvimus ℔ xxv. Vitrioli, filtramus, & affundimus ſp aceti ℔.j ſubſidentiâ factâ, liquorem à pulvere præcipitato decantamus, eumque ad dulcedinem abluimus, & ſiccamus Poſteà huic Retortæ indito affundimus Olei Vitrioli ℔ ß. quod ad ſiccitatem inde deſtillamus ſ. a. Pulverem relictum cum ſ.q. ſp Vini digerimus, filtramus calidè, & ſp. Vini abſtrahimus, remanebit in fundo Sal cujus ℨ i in ℨ iv. Aquæ ope digeſtionis ſolutæ dicitur Stypticum Regis.

Sulphur Antimonii Vomit.

Liquefacimus ſalis Abſynthii ℔ ß. in Crucibulo, & per vices injicimus, Antimonii pulveriſati ℨ.ij. fluunt per horæ quadrantem deinde effundimus, & ſal à Sulphure Aquâ calidâ abluimus

Sulphur Antim. Auratum.

Scoriæ à Regulo Antimonii ſeparata, coquuntur in aqua, liquore filtrato, cum aceto, vel alio acido, Sulphur præcipitatur & abluitur.

Sulph. Antimonii combuſtibile.

Diſſolvimus Antimonium in Menſ-

truo peculialiter ad id præparato, solutionem in Aquam projicimus, ubi statim Sulphur separari videmus, quod colligimus, & Aquâ calidâ ab acredine sua liberamus, vel, si placet, per se sublimatus.

Sulphur Vitrioli Anodyn Martiale.

Sumimus florum salis Armoniaci Martiatorum q. pl. & sal Armoniacum Aquæ simplicis sufficiente quantitate inde abluimus Pulvis rubicundus fundum petens ab omni salsedine liberatus, aliquandiu calcinatus, est Sulphur prædictum.

Sulphur Vitrioli Narcotic.

Fit ex Limaturæ Martis puræ ℥ iv. vitrioli Hungarici ℥ viij mixtis, quibus s. q. aceti destillati affunditur digestum per diem, Igne arenæ ad siccitatem abstrahitur, ultimò augendo Ignẽ, ut quodammodo rubeat massa cui pulverisatæ affunditur acetum Digeritur ad tincturæ extractionem, quæ filtratur, & Oleo Tartari præcipitatur, tandem Sulphur, quod fundũ petet edulcoratũ exiccatur.

Sulphuris ens fixum.

Fit si Sulphur sub campanâ, vasi Aquâ pleno imposita, ad sufficientem

impraegnationem Aquæ ſæpiùs accenſum deflagramus.

T.

Tabaci Sp & Oleum.

Vide Sp.& Oleum Tabaci.

Tartar. Antimoniat.

Sumiu Cremoris Tartari ℔.j.florum Antimonii ℥.ij.Coquimus in ſ.q Aquæ ſimplicis,filtramus & Aquam ad ſiccitatem evaporamus.

Tartari Balſamum.

Sumimus Olei Tartari per deliquium ℥ ix. Cremoris Tartari ℥ viij. Digerimus per biduum, deinde ad ſiccitatem evaporamus. Extrahimus inde Tincturam, vel cum Spiritu Vini, vel etiam cum ſp aceti,quo uſque tingatur; quam filtratam ad mellaginem abſtrahimus.

Tartari Cremor.

Vide Cremor Tartari.

Tart. Chalybeatus.

Cryſtallorum Martis ℥.j. ſolvimus in Aqua fumariæ q. ſ. ſolutionem incorporamus cum Cremoris Tartari ℥ xv & ad ſiccitatem evaporamus.

Alius.

Solvimus Vitrioli Martis ʒ.j. in ſ.q. ſucci acetoſæ depurati, ſolutionem incorporamus, cum Cremoris Tartari ʒ vj. & leniſſimo Igne exſiccamus.

Tartarus Emeticus.

Fit ex cremoris Tartari & Croci metallorum ana q pl. quæ mediante calore in Aqua deſtillata, vel ſerpilli, vel menthæ, diſſolvimus, filtratũ liquorem ad cuticulam ſi cryſtallos deſideramus; vel ad ſiccitatem evaporamus.

Tartarus ſolutus Iunckii.

Olei Tartari per deliquium q. pl. ſupra Ignem ebullitur lentè, & per vices remor Tartari pulveriſatus tamdiu injicitur, dum nullus amplius ſolvi velit, tunc filtramus liquorem refrigeratum & vel ſic aſſervamus vel etiam ad ſiccitatem evaporamus.

Tartarus Vitriolatus.

Oleo Tartari per deliquium, Oleum Vitrioli guttarìm tantum infundimus, dum efferveſcentia ceſſet, deinde ad ſiccitatem evaporamus.

Tartarus Vitriolatus Antimonialis.

Recipimus florum Antimonii ʒ.ij. Cremoris Tartari ʒ.iv. Coquimus in

ufficiente quantitate aquæ ſimplicis Filtramus calidè, addimus Salis Tartari ℔ j evaporamus ad ſiccitatem, & paulatìm inſtillamus, Olei Vitrioli q. ſ. pro ſaturatione, rurſusque exſiccamus, poſteà in Aqua ſimplici ſolvimus filtramus & ad ſiccitatem evaporamus.

Tartarus Vitriolatus Emeticus Purgans.

Liquefacimus in Crucibulo Salis Tartari ℔.j addimus Vitri Antimonii per ſeparati. ʒ.ij. cum b ne mixta fuerint effundimus, ſolvimus Aquâ communi, filtratúmque ad ſiccitatem evaporamus, tandem paulatìm addimus Olei Vitrioli q. ſ exſiccamus, & uſui reſervamus, vel etiam procedimus ſolvendo, filtrando, & cryſtalliſando.

Terra dulcis Vitrioli.

Fit ex capite mortuo Vitrioli Anglicani, ad dulcedinem abluendo.

Terra rubra Vitriol. F. VV.

Vitrioli calcinati ℔ ij in Olla per horam candefacimus, frangimus deinde Ollam, & Vitriolum in aceto aliquandiu coquimus, affundendo in fine Aquam fontanam, quam ad medium evaporatam, poſtquam aliquantulum ab igne remota ſteterit, decantamus,

quod in Ollâ remanet , aliâ Aquâ affusâ rursus coquimus,dum rubro colore liquor tinctus sit , tunc decantamus,novamque rursus affundimus,procedendo ut prius , dum Aqua non amplius tingatur. Confusos deinde hos decantatos liquores ad siccitatem Terræ Rubræ evaporamus. Terram hanc rursus candefactam in Aquam conjicimus , coquimus , liquorem tinctum decantamus , aliam affundimus , hunc laborem repetentes , dum liquor non amplius tingatur. Tandem liquores omnes ad siccitatem evaporamus, Terramque relictam , rursus candefactam in Aquam conjicimus,uti jam dictum , coquendo , decantando & evaporando procedimus, tandem Terram relictam & siccatam ad usum servamus.

Tinctura Absynth.

Extrahitur ex floribus & seminibus absynthii per spiritum Vini.

Tinctura Antimonii prima.

Vitrum Antimonii , per se factum , & pulverisatum , cum aceto destillato tam diu digerimus , dum illi tincturam communicaverit , deinde filtramus & ad siccitatem in Balneo abstrahimus ,

posteà Aquâ calidâ dissolvimus, filtramus, & rursus ad siccitatem evaporamus, remanentiæ Spiritum Vini affundimus, & digerimus, dum is Rubro colore tinctus sit, quem tandem filtratum servamus.

Tinctura Antimonii secunda.

Scoriæ, Reguli Antimonii cum Spiritu Vini digeruntur, dum Rubro illum imbuant colore, tandem filtrando ab eo separantur.

Tinctura Antimonii Vomitiva tertia.

Vitrum Antimonii in subtilem pulverem conterimus, indimus matracio, affundendo Spiritus Veneris rectificati q. s. Digerimus, usquedum rubicundo is colore tinctus sit, deinde decantatus, à tinctura per Retortam leni Igne abstrahitur ad aliqualé humoris remanentiam cui Spiritum Vini affundimus, digerimus per aliquot dies tandem filtratum ad placitam consistentiam abstrahimus.

Tinctura Asæ Fœtid. Bals. Tolut. Benzoini.

Extrahuntur cum Spiritu Vini rectificato, postea filtrantur.

Tinct. Bezoardica.

Recipimus Theriacæ Andromachi ℥.vj. Rad. Serpent. Virginianæ. Anglic. Enulæ, Zedoariæ. ana ℥ iij. Croci Anglic ℥.ij Herb Scordii, Rutæ, ana M i. Cinamel. Cort. Citri, Myrrhæ ana ℥ j.ß. opii ℥.ß. incisa & contusa cum Spiritus Bacc. Junip. rectific. Sambuci ana ℔.iij. Sp. Tartari rectific. ℔.ii.ß Sp. Vitrioli ℔ ß Digerimus s. a. tandem filtramus, addimus Salis Succini ℨ.ij Camphoræ ℨ.ij. & procedimus digerendo.

Tinct. Castorei.

Fit ex Castoreo cum *Sp.* Cast. digerendo.

Tinct. Corallorum.

Fit uti Tinctura Antimonii, nisi quod in prima extractione aliud Menstruum sumamus.

Tinct. Corall. Poterii.

Vide Sp. Corallorum.

Tinct. Croci, Galbani, Guajac. Gum. Ammon.

Fiunt cum Sp. Vini uti Tinctura Asæ Fœtidæ.

Tinct. Galbaneti.

Galbaneti Sennerti ℔.ß. Tinct.

Tartari ℔.j. Miſcemus circulando ad omnis Tincturæ extractionem, tandemque Oleum Terebinthinæ ſ. a. à Tinctura ſeparamus.

Tinct: Hæmatit.

Hæmatites ſublimatur cum Sale Armoniaco, ex hoc ſublimato, cum Spiritu Vini Tinctura extrahitur.

Tinct. Martis Mynſicht.

Limatura Martis cum Salis Armoniaci ana, ſublimatur ex Capite mortuo deliquans liquor, filtratus, ad ſiccitatem evaporatur, unde cum Sp. Vini rectificatiſſimo Tinctura l. a. extrahitur.

Tinct. Myrrhæ.

Ex Myrrhâ cum Sp. Vini extrahitur.

Tinct. Perlarum.

Fit ex Perlis uti Tinctura Corallorum.

Tinct. Piperis.

Extrahitur cum Sp. Vini.

Tinct. Salis Tartari.

Sal Tartari in Crucibulo Igne follium liquefit, dum cœruleum vel rubrum acquirat colorem, deinde in mortarium effuſum contunditur & cum Spiritu Vini Tinctura l. a. extrahitur.

Tinct.

Tinct. Succini.

Cum Sp. Vini è Succino pulverisato extrahitur.

Tinct. Sulph. Terebinth.

Balsamum Sulphuris Terebinthinatum ad siccitatem in Balneo Mariæ coquitur, hæc massa pulverisatur, & cum Spiritu Vini Tinctura inde extrahitur.

Tinct. Sulph. Tartaris.

Florum Sulphuris ʒ.i. & Salis Tartari ʒ iij. l.a. colliquantur, unde Spiritu Vini Tinctura extrahitur.

Tinct. Veneris.

Miscetur Vitrioli Veneris ʒ.i. cum Salis Armoniaci ʒ ij. super Ignem in Crucibulo l.a. unde spiritu Vini Tinctura Smaragdina extrahitur.

Turpet. Minerale cum Ol. Vitrioli & Oleo Sulph.

Sumimus Mercurii ℔. i. & inde tantundem Olei Vitrioli vel triplum Olei Sulphuris, cum binis cohobiis ad siccitatem abstrahimus, massam albam, quæ in fundo Retortæ est, contundimus, quæ affusione Aquæ calidæ in flavum pulverem conversa abluitur, & siccatur.

Tutia præpar. VVurtzii.

Tutiam pulverisatam & candefactam ter in Aquâ Chelidoniæ extinguimus.

V.

Vitriolum Camph.

Vitrioli calcinati ℔.i. affundimus Camphoræ Sp Vini solutæ ʒ.ij. & lento Igne Spiritum inde abstrahimus.

Vitriolum Martis.

Vide Sal Martis.

Vitriol. Roman. Calcin.

Calcinatur leni Igne vel Radio Solari.

Vitriol Veneris.

Vide flores virid. Æris.

Vitrum Antim.

Antimonium supra tegulam in Cinereum pulverem calcinatum, Igne follium in Vitrum colliquatur.

Vitrum Saturni.

Minium Igne follium in Vitrum confluit.

Urinæ Sal fixum.

Urinam ad ſiccitatem evaporamus è maſſâ relictâ ſolvendo, filtrando, & evaporando Sal elicimus, quod ſ. a. purificatum & ſiccatum ad uſum ſervamus.

FINIS.



